


84 III
50
728


Demian

5 mont
lich
dem
Tiedeman
In Wiking

ABH
Zanft
ed de & Va
1511







~~A. G. G. H. H. H. H.~~

~~H. H. H. H. H.~~

H. G. G. G.
Gr. C. &

H. Gatz.

Prn.

Gr. 6. 8.

M

D

S

H

M
Mi

AC
DE

EDI

ETHICA CICERONIANA,

Hoc est,

LIBRI PRIMI

OFFIC. CICERONIS

NUCLEUS,

In Quæstiones ita resolutus,

ut, textu passim retento, & tam generalis quàm specialis Dispositio,

& mens Autoris facillimè percipi possit,

Cum annexis Isocratis Præceptis

Ethicis & Politicis, singulis Disticho inclusis,

*In usum Studiosæ Juventutis & publicum
& privatum,*


Operâ

M. MARTINI BAMBAMII, P. L. C.

& Schol. Sed. Senat. ConR.

Impensis JEREMIE MAMPHRASII,
Bibliopolæ Sedinensis.

ANNO 1652



V I R I

Generis Splendore, Nobilitatis Flore, & Stre-
nuitatis Vigore Eminentissimi,

DN. HENRICI ab **Osten /**
Citerioris Pomeraniæ Consilarii
Provincialis circumspectissimi, Satrapæ
Verchensis meritisimi, in Penschun /
Plüggentin &c. Hereditarii,

Dn. Patroni & Fautoris sui maxime suspiciendi

F I L I O

Æquè Generoso ac Nobilissimo,

DN. HENNINGO EHREND-
REICH ab **Osten /**

Præter Virtutum Nobilem Adole-
scentem decentium exercitia, Litera-
rum Studiis addictissimo,

Amico suo benevolo S. & O.



Romanæ Eloquentiæ
Parens, Cicero, Virtu-
tem commendaturus
Paradoxo sexto in hac

) (2 :

gravis:

gravissima prorumpit verba:
Nulla possessio, nulla vis
auri & argenti majoris,
quàm Virtus æstimanda est.
Quod ejus de virtute elogium
veritati consentaneum esse nemo
sanæ mentis facile inficiabitur:
Virtus enim Bonum Animi est
prestantissimum, & Fortune Bo-
nis multis parasangis anteferen-
dum: Virtute quippe Deo quo-
dammodo adsimilamur, Virtu-
te immortalitati consecramur,
Virtute veram Gloriam vena-
mur, quâ qui Virtutem spoliat,
Hominem Virtute spoliat, uti se-
verus Cato severè, imò verè dice-
re con-

re consuevit. Virtus autem quia
nemini innascitur, sed crebra ex-
ercitatione acquiritur, ut à te-
neris statim, quod dicitur, ungui-
culis, & cum primis hoc exulce-
ratisimò seculò, quò omnia in-
deterius ruere videntur, urgea-
tur maximè necessarium est. Hoc
autem Virtutis exercitium nulli-
bi commodius quàm in Scholis
tractari & potest & debet; cum
Scholæ non solum Pietatis, Lin-
gvarum & Artium liberalium,
sed etiam bonorum Morum seu
Virtutum sint Officinæ: In His
siquidem qui deficit, in illis pa-
rum proficit.

)3

ego

ego Juventuti studiosa publicus
Præceptor sum præstitutus, sem-
per eâ in illius informatione usus
sum methodo, ut ejus adminicu-
lo virtutum studium cum Pietat-
is, Linguarum & Artium cul-
tura unâ in Animis Discipulorum
radices agere posset. Quem in
finem etiam non solum Præcepta
Moralia ex Græca Sapientia Mi-
raculo Aristotele jam dudum de-
prompta Juventuti nostræ variis
modis instillo; sed jam etiam ex
Romana Eloquentia Oraculo Ci-
cerone Præcepta moralia, quæ in
Libro primo Officiorum Filio suo
præscripsit, compendiose contra-
Et in

Et in Quaestiones redegi, ut studiose Juventuti ad ipsam Cicero-
nis mentem melius percipien-
dam, & verba ejusdem (quae
passim fermè retinui) rectius in-
telligenda facem praelucere.

Præcepta præterea Isocratis
cùm Ethica tum etiam Politica
singula disticho à me inclusa Præ-
ceptis his Ciceronis subjungere li-
buit, ut Juventus nostra etiam,
quod ex Isocratis Orationibus
Græcis ad Demonicum & Nico-
clem scriptis, & à me hætenus
prælectis observatu dignum fuit,
brevem quasi Schesin in promptu
habere possit.

) 4

Quod

Quod autem has meas Lu-
cubrations levidenses tuo cele-
bri, Juvenis Generose & Nobi-
lissime, inscribere coner Nomini,
multa me movent, & quidem
primò Generis vestri à multis re-
tro seculis inter Nobiles Rugiæ &
utriusq; Pomeraniæ Familias no-
ta Sublimitas; Deinde etiam Do-
mini Parentis tui singularia &
multifaria almæ Patriæ Consi-
liis salutaribus tam belli quàm
pacis temporibus præstita meri-
ta; Ejusdemq; etiam stupendus
in Literas Favor, inq; Literato-
rum Cultores nunquam satis de-
prædicanda Humanitas & Mu-
nificen-

nificentia : Deniq; etiam ad di-
ctum meum conatum persequen-
dum non leve momentum addit
tua laudabilis in Literarum Stu-
diis seria & sedula Assiduitas, &
Morum cum gravitate conjun-
cta Suavitas, quarum Illa ex
moderni Studiorum tuorum Mo-
deratoris, Viri literatissimi DN.
CHRISTIANI HABERSACCI J. U.
Cand. Amici mei singularis, testi-
moniò; Hac verò ex Filii mei rela-
tione fide dignà innotescit. Hoc i-
gitur exiguum meum munusculū
pro innatà vestro Generi huma-
nitate, & quidem (quia tempus
ipsum suadet) strenuè loco à me

X S

Sere-

serena fronte suscipito, idq̄ sub
Dn. Parentis Tuiq̄ favorabilis
Patrocinii clypeò adversus Theo-
ninos Invidorum & Malevolo-
rum dentes immune esse per-
mittito, & si Dn. Informatori
tuo consultum visum fuerit, E-
thicae meae Aristotelicae, quam
tractari à vobis scio, Hanc Ci-
ceronianam Illi fermè adæqua-
tam, in tui emolumentum adhi-
bere poteris. His Te Juvenis
ad ardua nate unà cum Dn. Pa-
rente, magni Nominis Virò, atq̄
tota Prosapia valere jubeo, &
Divinae protectioni fideliter com-
mendo, vobisq̄ felicem jamjam
ingru-

*ingruentis novi Anni ingressum,
feliciorum progressum & felicis-
simum egressum ex intimis ani-
mi mei devoti penetralibus opto.
Sedini ex Museo meo 24. De-
cembr. Anno Salutis humane per
Christum restauratae 1652.*

**Tux Generositati ad-
dictissimus**

M. MART. BAMBAMIUS.

AD

*AD JUVENTUTEM NO-
STRAM ETHICES STUDIOSAM.*

Mirum Tibi forsitan, Ju-
ventus Studiofa, vi-
debitur, quòd ego
Ethicorum minimò incom-
parabilis Ethici M. T. Cice-
ronis librum primum Offi-
ciorum per se satis illustrem
incomitis his *Quæstiuncu-*
lis illustriorem reddere, at-
que ita noctuas Athenas
mittere temerè mihi præsu-
man. Verum admirati-
onem illam præposteram o-
mitte, & quod non dicto
Cice.

Ciceronis Libello, Doctis
per se satis dilucido, lucem
addere, sed tibi in illo, tan-
quam in ignotâ sylvâ ver-
santi, facem accendere, tuo-
que adhuc imbecilli, mihiq;
maximâ partem non igno-
to ingenio meâ hâc exiguâ
opellâ subvenire velim, no-
sce, & hunc meum tuâ gra-
tiâ susceptum & ad umbili-
cum perductum laborem
gratâ mente agnosce, &
quod non Mihi sed Tibi
fatum, ac proinde Tibi me-
tendû sit, memento. Quod
sice

si te facturum percepero, &
Fatis, in quorum manibus
sunt sortes hominum, vo-
lentibus supervixero reli-
quorum duorum librorum
Schefin in eadem formâ à
me contextam propediem
videre poteris. Tu interim
pro lubitu tuo hęc Libellõ,
Erratis, quorum me imme-
rentem pudet, prius exactè
emendatis, utere
& Vale.



Accla-

Acclamations Fautorum
& Amicorum.

Ad Virum Clarissimum

Dn. MARTIN. BAMBAMIUM,
Phil. Mag. P. Cæs. & Sch. Sed.
ConR. meritiss.

*Cum Tullianos de Officiis fontes
juventuti limpidiores
redderet.*

R Em populi tractas, *Bambami*, ubi ce-
rea pubis
Corcula Romuleis sollers artare laboras
Antitypis: crescēt illa? crescetis honores
Bambamii, teneantqve viri quo pumice
qvondam
Affricuit tanti decoris contagia Ductor.
Nulla Venus studiis, qveis qvantum Pal-
ladis auctūs
Adjiciunt, tantū deradunt Barbara morū.
Tu, veluti Nomadum mutans per tesqva
Palæmon.
Apponit cythisos & picti graminis herbā
Fœti-

Fœtibus, & qverulas bibitum deducit ad
undas:
Sed quoq; ne scabies inflet malesana bi-
dentes
Argenti spumã confundit vivaq; sulfra
Anticyro helleboro: teqve, Asphaltita,
bitumen.
Poscit & à Veneris pice magmata depfi-
tat Idã
Datq; modum flammis, lautosq; in lu-
mine siccant:
Sic teneras purgas animas; sic corrigis
æstus:
Sic donas plebi Patres: sic curia crescit,
Bambani, veteres patriæ te dãte *Quirites*.
scrib.

Henricus Schævius, D.

P. Cæs. & P. Græc. L. ac Poës.

Ad

Juventutem nostram.

DEO Musisq; Sacratam.

E *Thica qui tractat, sed re non exprimit ista,
Erbicus haut dici cur mereatur, habet.*

Hoc

Hoc bene pensicules, fas est, studiosa Ju-
venta,

Ut studiū expolias moribus usq; tuum.
Scilicet hoc ipsum facundo Tullius ore
Præcipit, Isocratis Svadaq; culta simul.
Hoc etiam poterit te ritè docere libellus,
Quem Præceptoris dat tibi prompta
manus.

Tu modò disce Deo conjungere sedula
Musas.

Sic tibi surget honos: sic bene cedit
opus.

ἐξεδίασα

M. ERICUS PELSHOFERUS,
Rector Scholæ Palæo-
Sedinensis.

Ad Virum Clarissimum

DN. M. MARTINUM BAMBAMIUM,
Scholæ Senatoriæ Patriæ Conrectorē & c.
Præceptorem suum olim fidelissimum,
Fautorem jam, atq; Adfinem honoran-
dum, Quæstiones hasce Ethicas ex l. i.
Offic. Cic. edentem.

ἐπιεί-

ἑπὶ ἄσυχον.

E Vexit paucos DOCTRINA ad culmen
Honoris
NUDA, illam quamvis hic alat & foveat.
Per paucos etiā perduxit ad aethera VIRTUS
NUDA, licet calcet Gloria praeberit.
Ergo Virtutem Doctrinae jungat is almam,
Qui cupit, ut celebris Fama sequatur Eū.
Hoc quoque Tu nosti, BAMBAMI, Clare Ma-
gister,
Clatos inter habēs nomina clara Viros:
Quare non tantum magnō sudore juventam
Artibus in doctis instruis Aoniam:
Sed quoque tradis ei vitæ præcepta regendæ
Ex Περυσάχῳ Σοφίας, Eloquentiæ, Patre;
Illa diu lucem viderunt: Hæc itidem jam
Vulgas. Cunctorum carmine digna facis.

Debiti honoris & amoris
c. l. m. q; scribbt.

M. Theodorus Lochman/
C.P.C. & h. t. Pastor &
Præp. Garzens.

Semen

Quod Morale dedit Speculum Stagirita
juventa,

Illud in angustos traxisti sedulus usus,
Mi Pater, ut juvenū parvis præcordia libent,
Quæ majora volunt, vitiisq; ad terga redactis
Virtutū stabili cupida inflammantur amore.
Nec scripsisse juvat, sed dexteritate docendi
Infudisse juvat Virtutum semina. Nec dum
Chare Parens cessas Charitum erudisse Co-
hortem.

Quæ fidei commissa tua, namq; Ethica sollers
Quæ Pater Eloqvii vite præcepta regenda
Præscripsit Nato, per verba Laconica reddis
Clara juventuti. Quid jam super esse putabis
Musarum Soboles, tibi quod meliore sacra-
mentum.

Tramite Virtutum possit monstrare cacumen?
Hunc sequitor, vincesq; graves virtute Me-
rellos,
Et post te Plancum, Decios, Fabiosque re-
linques.

Sic merito applaudit
Patri Filius

MARTINUS BAMBAMIUS,

Adv. C. P. L. C.

Vestrum

*V*estram Tymbre, fidem! quid
hoc? ocellos

*Q*uis nostros radiis nitor coruscis
Castigat? Clarii novem sorores
An splendor laticis sacrae montis
Tempe Gorgonei, an vireta Cynthi
Linqvūt? aut penitq die tenebris
Mens errat medio labans opacis,
Aut certe Ausoniae decor loquela
Magnus Tulliaes revisit orbem.
Evax! nosco jubar cupido laudū
Te rursus stimulat, latere virtus
Ignara ad superum beata rursus
Te nunc astra vehit: recludis altas
Rursus cordis opes, penu repletum
Mentis divitiis; Sed an laborum
Non tandem satis, & molestiarū
Exhaustū est? Clarig Tibi decorā

Cinxit

Cinxit fronde caput, Tuū perenni
Dudum nempe novē polo Sorores
Nomen laude vebunt: Lares So-
phia

Musarumq, Scholæ sacrata sedes
Inscribunt títulos Tibi superbos.
Morum quin etiam rubigo mentē
Si tetra inficiat, Stagira quicquid
Ad pectus valuit dare excolendū,
Idem Tu Latia doces loquela.
Sit tandem rogo sit laboris isthic
Finis, nec rigidūm feras Sororum
Falces accelera. Nihil rogando
Obe proficio: Laboris isthac
Meta? principium est. Senex
videris

Sed prestas juvenē vigore mentis,
Ætate, haud animo Senex amāde.

Sis:



Sic serpens veteres reponit annos.
Et rursus nitida viget iuventa,
Titan Hesperiiis propinquus undis
Spargit purpureum magis rubo-
rem.

Perge, hoc perge gradu, senex ô
annis

Sed nō ingenio. Quod illa quondā
Doctas Romulidūm Latina Siren
Gnato misit opus parens Athenas,
Non id degeneres polire mores
Nec sudor valuit vigil Cratippi.
Tu nostras melius labore mentes
Ceu duro moderaberis lupato,
Virtutem vitio docens relicto
Sectari. Pater id suæ futurum
Munus visceribus magis putabat
Acceptum soboli, sed illa duræ

Cer-

*Cervicis monitus mari paternos
Et sevis dederat ferenda ventis.
Nos grates Tibi debitas agemus
Nos laudum meritas Tuo corollas
Neſtemus Capiti. Sed heus quid
ultra*


*Nobis Pierium invidere foetum
Pergis, quo nitido proboq; metro
Bis senos proceres Dei Senatum
Cantas? Rumpe moras & alta
caeli*

Totus sidera laude pervolato.

*Occupatissimus scribe-
bat benevolentiae
ergo.*

GEORGIUS HÜBNERUS.

In Ethic.



IN ETHICA CICE- RONIANA PROLEGO- MENA.

1. Quomodo Cicero appellat sua
Ethica.

Appellat ea Officia.

2. Unde dicuntur Officia.

*Vel ab Efficiendo, quod aliquid Ef-
ficiendum notent: Vel ab opere faci-
endo, quasi operificia, ut sint qua-
dam facto declarata.*

3. Quid sunt Officia?

*Sunt facta, quorum ratio proba-
bilis reddi potest: Vel: Sunt opera seu
Exercitationes virtutum.*

4. Quotuplicia sunt ejusmodi Of-
ficia?

Sunt duplicia: Quedam dicuntur

A

263-

κατὰ τὸς δὲ ὁμολογῶντα, seu Perfecta, sunt ἡ ἰδ, quod rectum dicitur: Quedam dicuntur καθήκοντα i. e. Communia, seu Media: Sunt ἡ ἰδ, quod, cur factum fit, ratio probabilis reddi possit. Illa soli Sapienti; Hæc omnibus & mediocribus conveniunt.

5. Quæ sunt Causæ Officiorum?

Sunt, Efficiens Lumen natura, seu Opus scriptum in cordibus nostris: Materialis in quâ, Vires animi & corporis; Circa quam seu Objectum, Gubernatio vitæ private: Finalis est Intentio Autoris, quod velit Filium absentem, & nos etiam num in Virtutibus informare.

6. Quis est Effectus Officiorum?

Effectus vel est Ethicus; mores informans; vel Logicus, sermonem adjuvans.

TRA-

TRACTATIO IPSA,

CAPUT I. DE HONESTO.

1. De quo agit Cicero hoc loco?

Agit de Honesto, ejusdemq; Speciebus.

2. Quid est Honestum?

Honestum est, quod suâ naturâ, non opinione hominum est laudabile.

3. Quod sunt Causæ Honesti?

Sunt duæ: Efficiens & Formalis.

4. Quæ est Efficiens?

Est ipsa Natura, quâ Homo cum beluis partim cõvenit, partim ab eis differt. Convenit 1. Defensione sui: 2. Acquisitione victor: 3. Conjunctiõne procreandi causâ: 4. Sobolis amore & cura. Discrepat autem, quòd belua sensu tantum moveatur; Homo verò rationis sit particeps.

5. Quoruplex ergo est Effectus.

Rationis?

A3

ES

quid,
m di-
seu
ctum
Illa
edio.

m?
seu
stris:
& cor-
Gu-
st In-
m ab-
virtu-

um?
res in-
em ad-

TRA-

*Est Triplex : 1. Logicus; quò Homo
1. Principia & causas rerum, eorumq;
progressus videt. 2. Similitudinis inde
comparat. 3. Rebus presentibus futu-
ra adjungit. II. Oeconomicus, quò 1.
Totius vitæ cursum facile videt. 2. Ad
eam degendam necessaria inquirit.
III. Ethicus, quò 1. Homo homini ne-
cessariò ad Orationis & vitæ societa-
tem conciliatur.*

2. Verum inquirit & investigat.

*3. Principatum appetit, & res hu-
manas contemnit.*

*4. Ordinem, Decus, Modum,
Pulchritudinem & convenientiam in
dictis & factis servat.*

*6. Quæ nam est causa Honesti For-
malis.*

*Est ipsa Hominis quasi Facies, suâ
natura laudabilis, quæ, si cerneretur,
mirabiles Sapiëntiæ amores excitaret.*

CA:

CAPUT II.
DE SPECIEBUS HONESTI.

1. Quod sunt Species Honesti?

Sunt Quatuor: Prudentia, Justitia, Fortitudo, Temperantia.

2. Quid est Prudentia?

Est Honestum, quod in Perspicientia veri, solertiâq; versatur.

3. Quid est Justitia?

Est Honestum, quod in hominum societate tuendâ, tribuendoq; cuiq; suum, & in rerum contractarum fide versatur.

4. Quid est Fortitudo?

Est Honestum, quod in animi excelsi atq; invicti magnitudine ac robore versatur.

5. Quid est Temperantia?

Est Honestum, quod in omnium que sunt, que dicuntur, ordine & modò versatur.

A 3

6. Quæ-

6. Quænam Officiorum genera ex
complicatis & colligatis his inter
se virtutibus oriuntur?

*Prudentiæ mentis agitatio & veri
inventio seu indagatio, ceu proprium
eius munus inest: Illi in veritas in quâ
versetur, subjecta est. Reliquis tribus
virtutibus Necessitas est proposita ad
eas res parandas, quibus actio vitæ
continetur.*

7. Quæ sunt illæ res?

*Sunt 1. Societatis & Conjunctionis
humanae Conservatio (Estq; finis Ju-
stitiæ) 2. Animi magnitudo in augen-
dis & dispiciendis opibus (Estq; finis
Fortitudinis) 3. Ordinis constantiæ, &
moderationis in his vitæ actionibus
conservatio (Estq; finis Modestiæ,
seu Temperantiæ.)*

CAPUT III.

DE PRIMA HONESTI SPECIE, PRUDENTIA.

I. Quæ.

1. Quænam Honesti Species ma-
ximè attingit naturam humanam?

*Prudentia: Consistit n. illa in Co-
gnitione veri: Siquidem omnes tra-
himur & ducimur ad cognitionis &
Scientia cupiditatem.*

2. Cur Prudentia ponitur primo
loco?

*Quia est reliquarum Virtutum
Gubernatrix, ob Subjecti nobilita-
tem, cum sit in mentis excellentiâ po-
sita.*

3. Quot sunt circa Prudentiam con-
sideranda?

*Duo: 1. Vitia ei opposita, earum-
demq; remedia. 2. Duo Subjecta.*

4. Quot sunt vitia hic fugienda?

Tria potissimum.

Quodnam est 1. Viciium?

*Est nevodoξία seu vana eruditionis
persuasio, cum sc. incognita pro co-
gnitis habemq; eisq; temere assentimur*

A 4

6. Quo-

6. Quomodo hoc viciū effugiēmus?

*Si ad considerandas res & tempus
& diligentiam, tanquam remedia te-
meritatis, adhibuerimus.*

7. Quodnam est secundum vi-
tium hic fugiendum?

*Est περιεργία s. nimis curiosa &
superflua diligentia.*

8. Quomodo hoc vitium de-
clinandum?

*Si in rebus honestis & cognitione
dignis honestam operam curamq; po-
suerimus.*

9. Quodnam est tertium vitium
hic fugiendum.

*Est Actionis Virtutum, propter
Prudentiae studium intermissio, cum
sc. Artium studiō à rebus gerendis nos
adduci patimur.*

10. Quomodo & hoc vitium de-
clinabimus?

Si omnem virtutis laudem in A-
ctio

Etione consistere cogitaverimus.

II. In quibus versatur Prudentia?

Versatur 1. in consiliis capiendis de rebus honestis, & ad benè beatèq; vivendum pertinentibus: Ut sunt Ethica, Politica, Oeconomica.

II. In studiis Scientiæ, ut sunt: Astrologia, Geometria, Dialectica & jus civile.

CAPUT IV.

DE SECUNDA HONESTI SPECIE, JUSTITIA.

I. Quid est Justitia Universalis?

Est, quâ Societas Hominū inter ipsos, & vitæ quasi communitas continetur. Dicitur Universalis: quia ad omnes in universum homines se extendit.

2. Quot sunt ejus species?

Sunt due: 1. Justitia particularis, in quâ Virtutis Splendor est maximus, ex

A S.

quâ:

qua boni viri nominantur. 2. Liberalitas s. Beneficentia.

3. Quotuplex est Justitia particularis?

~~Est~~ duplex: Una Urbana, qua exercetur in foro seu judiciis. Altera Bellica, qua viget in Campo seu militia.

4. In Justitiâ Urbanâ quot sunt considerata?

Tres: 1. Ejus munera. 2. Fundamentum. 3. Oppositum.

5. Quot sunt munera Justitiæ Urbanæ?

Sunt duo generalia: 1. Ne cui quis noceat, nisi lacesitus iniuria, sed suum cuiq; (secundum Justitiam Distributivam & Commutativam) tribuat.

2. Ut Communibus pro Communi-
bus utatur, Privatis ut suis.

6. Quæ

6. Quæ sunt Communia?

Quæ ex suâ Naturâ & Origine æ-
qualem præbent & hominibus & bru-
tis commoditatem.

7. Quæ sunt Privata?

Quæ à certis personis abalienari
non possunt.

8. Quis sanxit Communia, quis Pri-
vata?

Communia sanxit Natura, Privata
DEUS & Necessitas, ob aliorum i-
gnaviam, avaritiam & luxuriam.

9. Quot modis ex Communibus
fiunt Privata?

Sex Præcipue Modis: 1. Occupatio-
ne veteri: 2. Victoria. 3. Lege. 4. Pa-
rtitione. 5. Conditione. 6. Sorte.

10. Qualem se quisq; circa hæc ge-
rat?

Quod cuiq; obtigerit, id quisq; te-
neat, nec sibi plus appetat.

11. Quod

11. Quot modis ex privatis vicissim fiunt Communia?

Duobus modis: 1. Si communes utilitates in medium afferimus, mutatione officiorum, dando, accipiendo.

2. Si tum Artibus, tum facultatibus tum operâ hominû Societatem devincimus. Homines enim hominum causa generati sunt, ut ipsi inter se alii aliis prodesse possint.

12. Quodnam est Fundamentum Justitiæ Particularis?

Est fides, dictorum illa, conventionumq; constantia & veritas. Dicta autem fiendo; quod fiat id, quod dictum est.

13. Quodnam est Oppositum Justitiæ?

Injustitia seu, Injuria.

Ejus genera sunt duo: Unum simplex, alterum natâ ^{seu} ~~ex~~ ~~circumstantia~~ ~~per~~ ~~circumstantiam~~.

14. Quot

14. Quot sunt genera Injustitiæ
simplices?

*Sunt duo: Primum est eorum qui
inferunt Injuriam; 1. Irâ vel pertur-
batione aliquâ, 2. Consultò ac de Indu-
striâ.*

15. Quibus de causis Injuria de in-
dustriâ inferetur?

*Tribus: 1. Propter metum incom-
modi, quò homines timent affici, nisi
alteri id fecerint.*

*2. Propter Avaritiam, ut adipi-
scantur, quæ concupierunt.*

*3. Propter Ambitionem, cum in im-
periorum gloriæve cupiditatem inci-
derint.*

16. Quodnam est secundum Ge-
nus Injustitiæ?

*Est eorum, qui ab iis, quibus in-
fertur, non propulsant, si possunt,
injuriam.*

16. Qui-

Quot

17. Quibus de Causis hoc fit?

*Fit vel (1.) metu inimicitarum,
vel (2.) fugâ laborum, vel (3.) Negli-
gentiâ & Pigritiâ.*

18. Quisnam est harum Causarum
Effectus?

*Est is, quod deserant tales vitæ so-
cietatem, dum nihil in eam confe-
rant studii, nihil operæ, nihil facul-
tatum, sub eò pretextu, quòd diffici-
lis sit cura rerum alienarum; quodq;
magis ea percipiantur, atq; sentian-
tur, quæ nobis ipsis aut prospera, aut
adversa eveniunt, quàm illa, quæ
cæteris.*

19. Quid tu de hoc judicas?

*Bene præcipere eos, qui vetant
quicquam agere, quod dubites æquum
sit, an iniquum.*

*Æquitas enim licet per se, dubita-
tio autem Cognitionem significat in-
jurie.*

20. Quo

20. Quotuplex est Genus injuriæ,
κατὰ πείρασιν?

Est triplex:

21. Quodnam est primum?

*Est eorum, quæ tempore fiunt in-
justa: Cum scilicet ea, quæ justo homine
maximè digna sunt, commutantur,
Et fiunt contraria. Ut: Reddere de-
positum, aut promissum facere inter-
dum est injustum.*

22. Quæ sunt Regulæ Officii in his
inveniendi?

*Sunt duæ 1. Ne cui noceatur, 2. Ut
communi utilitati in promissis servia-
tur, quibus non semper est standum.*

23. Quando autem iis non stan-
dum?

*1. Si promissum inutile est, vel cui
promissum sit, vel qui promiserit. 2.
Si tibi plus noceat, quam illi, cui pro-
miseris. 3. Si coactus metu aut deceptus
dolò promiseris.*

24. Quod

24. Quodnam est secundum Geny
κατὰ περιστασιν?

*Est, quod in calumniâ, & nimis
callidâ Juris interpretatione consi-
stit, Undè Proverbium: Summum jus
summa injuria.*

25. Quodnam est tertium Genus
Injuriae κατὰ περιστασιν seu Cir-
cumstantiam?

*Est, quò modus ulciscendi excedi-
tur: Sunt autem officia erga eos e-
tiam exercenda, à quibus injuriam
acceperis.*

CAPUT V.

DE JUSTITIA BELLICA.

1. Quid est Bellum?

*Est dissensio hostilis, quâ per edi-
cta Magistratûs superioris arma sus-
cipiunt. Art. 1. Polit: C. 1.*

2. Quando utendum est Bello?
Cum disceptatione uti non licet.

3. Quos

3. Quot modis fit decertatio?

Duobus modis: 1. Per disceptationem in forô. 2. Per vim, cum sc: ad manûs, & arma pervenitur.

4. Cur suscipienda sunt Bella?

Ut sine injuriâ in pace vivatur.

5. Quotuplex est Officium victorum erga victos?

Est Triplex:

6. Quodnam est primum?

Partâ victoriâ conservandi sunt illi, qui non crudeles in bellô, nec immanes fuerunt: Sic veteres Romani vicinos bello victos partim conservarunt, partim ob crudelitatem deleverunt.

7. Quodnam est secundum eorum Officium?

Paci, quaeribil habitura est infidiarum, semper est consulendum.

8. Quodnam est tertium eorum Officium?

Qui

Qui armis positis ad imperatorum fidem confugiunt, sunt recipiendi. Sic Romani civitatum & Regionum quas bello devictas in fidem receperant, Patroni fuerunt.

9. Per quos indicebantur bella apud Romanos?

Per Feciales: qui erant Sacerdotes, paces seu belli autores, nec permittebant ante bellum fieri, quàm omnis spes æquitatis esset præcisa.

10. Quomodo indicebatur Bellum?

Unus Fecialium sacris vestibus ornatus res repetitum ibat, & ad fines veniens, unde res repetebantur, capite velatò, audi Jupiter, dicebat, audite fines, cujuscunq; gentis sunt: Numina audiant fas, verbisq; meis fides sit. Deinde postulata peragebat, Jovem testem invocans, peractòq; ritu bellum incidebat, & hastà ferratà, sanguineà, præustà in agrum

grum
lum

11.

men

set,

sa

mis

nisi

ret

12.

set

nu

stiu

13.

de

id

grum hostilem jactâ, clamabat: Bel-
lum indico, facioq̄.

11. Quanta fuit Romanorum ob-
servantia in Bello?

Tanta, ut ei, qui militia sacra-
mento non erat obligatus, fas non es-
set, cum hoste pugnare. Hac de Cau-
sa Cato senex Filium à Pompilio di-
missum noluit in exercitu manere,
nisi denuo militia sacramento obliga-
retur.

12. Quanta fuit Romanorum man-
suetudo?

Tanta, ut eum, qui perduellis es-
set, hostem, qui vero hostis, peregri-
num vocarint, Lenitate verbi tri-
stitiam rei mitigante.

13. Quotuplex Romanis erat Bel-
lum?

Duplex: Unum, quô de Imperio
decertabatur, & gloria querebatur,
idq̄ minus acerbè erat gerendum.

Alte.

Alterum, quò de Capite & vità decertabatur. Hæc autem bella non erant suscipienda, nisi (uti dictum) res erepta, repeterentur, & bellum prius legitimè denunciatum esset.

14. Quotnam Romanis erant Officia bellica?

Duo:

15. Quotnam est Primum?

Quod Singuli, si temporibus adducti hosti quid promiserint, in eò fidem debeant servare. Sic fecit Regulus, qui primò, bello punico ex captivitate Romam missus, ad supplicium redire maluit, quam fidem hosti datam frangere.

16. Quotnam est secundum Officium.

Quod etiam adversus infimos servos justitia sit servanda, à quibus opera exigenda & eis justa præbenda.

17. Quod-

17. Quodnam sunt Adjuncta
Belli?

Sunt duo: *Vis*, & *Fraus*. Utrumque
alienissimum ab homine, sed *fraus* O-
diō digna majori.

18. Cur autem.

Quia nulla iniustitia capitalior
est, quàm eorum, qui tunc, cum ma-
ximè fallunt, id tamen agunt, ut bo-
ni viri esse videantur.

CAPUT VI.

DE LIBERALITATE.

1. Quid est Liberalitas?

Est pars justitiæ universalis, quā
nihil est hominis naturæ accommoda-
tius, cum circa danda & accipiendæ
versatur.

2. Circa Liberalitatem quod con-
siderandum?

Tres Cautelæ: 1. Quomodo. Quan-
tum; & 3. Quibus sit dandum.

3. Quo

3. Quomodo est dandum?

Ita, ne obsit hominibus, & iis ipsis, quibus benignè videtur fieri, & ceteris.

4. Quantum est dandum?

Tantum, ne major sit benignitas, quam facultates.

5. Quibus dandum est?

Cuius tribuatur pro dignitate.

6. Circa primam Cautionem quid prohibendum?

Duo vitia: Assentatio, & Rapina.

7. Cur prohibenda Assentatio?

Quia qui gratificatur cui piã, quod obest illi, cui prodesse velle videntur, non benefici, nec liberales sed perniciosi assentatores iudicandi sunt.

8. Cur prohibetur Rapina?

Quia, qui aliis nocent, ut in alios sint liberales, in eadem sunt injuriã, ut si in suam rem alienam conferant.

9. Quæ

9. Quæ est Causa hujus facinoris?

*Est Splendoris & gloria cupiditas,
qua inducti multi eripiunt aliis, quod
aliis largiantur, se beneficos in suos
visum iri arbitrantes, si eos quali-
cunq; ratione locupletent.*

10. Quid autem de hoc judicas?

*Id, quod tantum absit ab Officiò,
ut nihil magis Officio possit esse Con-
trarium.*

11. Quid ergo putas faciendum?

*Utendum puto, ea liberalitate,
quæ profit Amicis, noceat nemini.
Cum nihil Liberale, quod non idem
etiam sit honestum.*

12. Secundam Cautelam unde de-
ducis?

*Ab Effectu; quòd, qui benigniores
esse volunt, quam facultates ferunt,
seu res patitur, injuriosi sint in pro-
ximos id est Parentes, Liberos, Fra-
tres.*

13. Un.

13. Unde & hanc declarationem
probas?

Eam probo 1. Ab Æquitate proprio, quod copias, quas in alienos conferunt, proximis suppeditari æquius esset, 2. Ab adjuncta cupiditate rapiendi; quâ inducti pleriq; auferunt per injuriam, ut ad largiendum suppetant Copia 3. A Fine, quod pleriq; horum non tam natura sint liberales, quàm gloriâ ducantur, ut benefici videantur, facere multa. Quæ beneficentia magis ab obtestatione, quàm à voluntate proficiscitur.

14. Quid judicas te tali Liberalitate?

Simulationem eam nuncupo, vanitati, quàm aut Liberalitati, aut honestati conjunctiorem.

15. Unde declaras tertiam Cautio-
nem?

A Subo

*A Subiectis ; nimirum Hominibus ,
quibus benignè facere debemus.*

16. Quotnam hic spectanda sunt ?

*Quatuor : 1. Mores ejus , in quem
beneficium conferetur.*

*2. Animus erga nos (benevolus nec
ne ?)*

3. Communitas ac societas vita.

*4. Officia ad nostras utilitates col-
lata.*

17. Sed quales mores in eò , cui
benè faciendum , requiruntur ?

*Non quidem perfecti , sed saltem
qualescunq; in quibus tantummodò
insunt simulacra virtutum. Non e-
nim cura perfectis plereq; Sapienti-
bus hominibus vivitur.*

18. Ergò quibusdam non est bene-
faciendum ?

*Nemo est negligendus , in quò ali-
qua Significatio virtutis (per mores*

B

pro-

prodita) apparet. Maxime a. bene-
ficiis colendi illi, qui virtutibus lenio-
ribus, Modestia nim. Temperantia, &
Justitia fuerint ornati.

19. Cur Fortitudinem a Beneficen-
tia excludis?

Quia fortis animus & magnus in
homine non perfectio nec sapiente fer-
ventior plerumque est: Leniores v. Vir-
tutes viram bonum potius videntur
attingere.

20. Qualis animus in eo, cui bene-
faciendum requiritur?

Nostri amantissimi: Nam primum
hoc in Officio est, ut ei plurimum tri-
buamus, a quo plurimum diligimur.

Quae tamen benevolentia non ardo-
re quodam amoris Adolescentulorum
more sed stabilitate & Constantia ju-
dicanda est.

21. Quid de meritis eorum quibus
bene faciendum dicitur?

Quod

*Quod major cura sit adhibenda, si e-
runt merita, ut non ineunda, sed refe-
renda sit gratia. (geramg?)*

22. In referendâ gratiâ quales nos

*Imitemur agros fertiles : qui plus
messis tempore adferunt, quàm acce-
perunt. Beneficium n. majori beneficiô
reddendum.*

23. Estne acceptorum beneficiorû
delectus habendus?

*Maximè : dubium n. non est, quin
maximo cui plurimum debeat. I-
deoq; quò quisq; animò, studiò, bene-
volentia quid fecerit ponderandû est.*

24. Unde hoc probas?

*Ex indole hominum inconsiderato-
rum : quorum multi multa faciunt
Temeritate quâdam sine judiciô, vel
modò in omnes vel repentino quodam
animi impetu, q. venio, incitati.*

25. Quid judicas de talibus benefi-
ciis?

B 2

IIIa

Illam non æq̄ magna esse habenda, atq̄ ea, quæ iudicio consideratè, constanterq̄ delata sunt.

26. In Beneficiis conferendis quæ servanda est Proportio?

Geometrica: Ut enim quisq̄ opis maximè indiget, ita ei potissimum gratificandum.

Fam contrà fit à plerisq̄, qui ei, à quò plurimum sperant, etiamsi ille his non egeat, potissimum inserviunt.

27. Quid de Societate ejus in quæ beneficia sunt exercenda, dicis?

Ut quisq̄ erit conjunctissimus, ita in eum benignitas plurimum conferatur. Hoc enim modo Societas hominum optimè servari potest.

28. Quot sunt Gradus Societatis hominum?

Septem.

29. Quis est primus gradus?

Est, qui universi generis humani
socie-

societate cernitur. Ideoq̄ remotissi-
mus est, vinculumq̄ ejus ratio vel o-
ratio, quarum beluæ sunt expertes.

30. Primi Gradus quot sunt notan-
dæ Regulæ?

Dus: 1. Omnium rerum, quas ad
communem usum natura genuit, ser-
vanda est *Communitas*.

2. Quicquid sine detrimento pot-
est commodari, id tribuatur cuiq̄
vel ignoto. Quia illi, qui accipit, est
utile, quanti non molestum.

31. Quomodo semper aliquid in
communem utilitatem est
conferendum?

Cautè: Ita enim in ignotos libera-
les simus, ut facultas etiam sit, quâ
in nostros liberales esse possimus.

Cum copia singulorum parva sint,
qui autem his egent infinita multi-
tudo.

B 3

32. Quis

32. Quis est secundus societatis humanae Gradus?

Est eorum, qui sunt ejusdem Gentis sc. Nationis. Causa ejus est lingua, indentitas: illa n. maximè homines conjunguntur.

33. Quis est tertius Gradus Societatis humanae?

Est eorū, qui sunt ejusdem civitatis.

34. Quis est quartus Gradus Societatis humanae?

Est Propinquorum quorum arctior est Colligatio. Sunt autem propinqui, qui sibi mutuā societate sunt priores.

35. Quænam est causa hujus gradus?

Est ipsa Natura: Natura n. omnium animantium commune est ut habeat libidinem procreandi.

36. Quot sunt Species hujus Gradus?

Sunt tres: Prima est Societas in ipso Conjugio: Proxima est in liberis, denique una domus, communia omnia.

Et hæ

Et hæ Species sunt principium urbis,
& q. Seminarium Reipublicæ.

37. Quis est quintus Gradus huma-
næ Societatis?

Est virorum bonorum, quâ nulla
prestantior, nulla firmior est Socie-
tus, quàm quâ viri boni moribus simi-
les sunt familiaritate conjuncti.

38. Quæ est Causa hujus Gradus?

Generalis est Honestas: Specialis
Justitia & Liberalitas. Illa nos mo-
vet atq; illicit, in quò id, quod ami-
cos facit, cernitur. Hæ faciunt, ut
eos, in quibus virtutes illæ inesse vi-
dentur, diligamus. (est Causa?

39. Dilectionis ejusmodi quænam

Est morum bonorum Similitudo;
quâ nihil amabilius, nihil copulatius est.

40. Unde hoc probas?

Ab Effectu amicitie: In quibus n ea-
sunt studia eademq; voluntates; In his
fit, ut æquò delectetur alterò, ac se ipsò

efficiturq̄, ut unus fiat ex pluribus.

41. Quis est Sextus Gradus Societatis humanae?

Est bene meritorum, seu necessariorum.

42. Quae sunt Causae hujus Gradus?

Sunt Officia ultrò citròq̄ data & accepta, quae mutua & grata dum sunt, inter quos ea sunt, firmà devinciuntur societate.

43. Quis est Septimus Gradus Societatis humanae?

Est cuiusvis Civis cum Republica & Patria. Et quidem hac societate nulla est gratior, nulla charior.

44. Unde hoc probas?

A collatione minorum: Chari sunt Parentes, chari Liberi, Propinqui, Familiares; sed omnes omnium charitates una Patria complexa est.

45. Licet ne pro Patria mortem oppetere.

Nemo

*Nemo bonus pro illâ mortem oppete-
tere dubitabit, si sit ei profuturus.*

46. Quid iudicas de iis qui in pa-
tria sunt noxii?

*Eorum immanitatem detestabilem
dico, qui patriam omni scelere lace-
rant, & in eâ funditus delendâ occu-
pati sunt.*

47. Gradus hi Societatis humanæ
suntne pares?

*Non: Sed Principes sunt Patria &
Parentes, quorum beneficiis maximè
sumus. Proximi sunt Liberi, tota q̄
domus, quæ spectat in nos solos, neq̄
aliud ullum potest habere perfugium.
Tertii sunt benè convenientes pro-
pinqui, quibus communis etiam ple-
rumq̄ fortuna est.*

48. Quid tandem iis, quibus benè
faciendum, debere putas?

*Necessaria vitæ præsidia iis maxi-
mè debentur: Vita autem victusq̄*

com-

communis Consilia, Sermones, Cobor-
tationes, Consolationes, interdum e-
tiam objurgationes in amicitis vi-
gent maximè, quarum jucundissima
est, quam similitudo morum (bono-
rum) conjugavit, (videndū est ?
49. In Officiis his tribuendis quid

Videndū est in omnib9, quid quisq3
aut nobiscū, aut sine nobis cōsequi pos-
sit aut nō possit. Non n. iidē sunt Necessi-
tudinū (Societatum) grad9, qui tēpo-
rum (Calamitatū) sunt q3 Officia, quae
aliis magis quam aliis debentur.

Sic in frugib9 percipiendis vicinum
citius quam fratrem ut familiarē ad-
juveris; At si lis in iudicio sit, propin-
quum potius & amicum, quàm vici-
num defenderis.

50 Quid hic mones ?

Hec & talia circumspicienda esse in
amni Officio, & consuetudinem exerci-
tationemq3 cupiendam. Ut Arithmeti-
corum more boni ratiocinatores Offi-

ciorum esse possimus, & addendo de du-
cēdoq; videre, quæ reliqui summa fiat,
ex quò quātū cuiq; debeat, intelligas
51 Ad morū præcepta requiritur ne uis?

Maximè: Sine usu n. nulla sunt: ut
Medici, uti Imperatores, uti Oratores
nihil laude dignum sine usu & exerci-
tatione consequi possunt, quæ uis Ar-
tis præcepta perceperint: Sic Officii con-
seruādi præcepta traduntur, illa qui-
dem ut faciamus ipsi, sed rei magnitu-
do usum quoq; exercitationemq; desi-
derat.

CAPUT VII.

DE FORTITUDINE TER- TIA HONESTI SPECIE,

1. Unde commendas Fortitudinem.

Ab adjuncto splendore, quod omni-
um virtutum, è quibus honestum s. Of-
ficium manat splendidissima (i. e. ma-
ximè commendabilis) videatur.

2. Quid est Fortitudo?

Est Honestum, Animò magnò, ela-
toq; humanasq; res despiciente faciens
omnia.

3. For.

3. Fortitudinis Splendorem quoe
argumentis probas?

Quinq; potissimum.

4. Unde sumis primum Argumen-
tum?

*A contrariò Fortitudinis, Timidi-
tate nim. qua maximè vituperanda
est in probris: Teste Ennio de Porsen-
nâ Hetruscorum Rege Romanos à se
in fugam actos taxante, & virginem
Cloeliam contra laudante.*

*Vos etiam juvenes animum geri-
tis muliebrem. &c.*

5. Unde sumis secundum Argu-
mentum?

*Ab Effectu Fortitudinis: Quod
magnò animò, & fortiter excellen-
terq; gestis laudem mereatur.*

7. Unde sumis tertium Argumen-
tum?

*A Testimoniò Rhetorum, qui suis
campis narrationes de bellis fortiter
gestis*

gestis inserunt. (Rhetorum autem
campus dicitur omne id, quod Rhe-
tori aliquid vel laudandi vel vitu-
perandi occasionem præbet.)

7. Unde sumis quartum Argumen-
tum?

*A iudicio vulgi: de rebus à Coclite,
Deciis, Scipionibus, & aliis, qui ani-
mi magnitudine excelluerunt, forti-
ter gestis.*

8. Unde sumis quintum Argumen-
tum?

*Ab adstipulatione eorum, qui sta-
tuis ornatum militari erectis bellicæ glo-
riæ studium declararunt.*

9. Quot sunt vicia Fortitudini co-
gnata?

Sunt duo: Audacia & Ambitio:

10. Quâ re discernis Fortitudinem
ab Audacia?

*Fine agendi, Audacia enim cecat
Iustitiâ, pugnatq; non pro salute*

607b.

communi sed pro suis commodis, quod
modò non Virtutis est, sed potius im-
manitatis, omnem humanitatem re-
pellentis,

11. Quid Stoicis est Fortitudo?

Est eis Virtus, pugnans pro equita-
te. Nemo igitur, qui Fortitudinis glo-
riam consecutus est, insidiis & mali-
tiâ laudem est adeptus. Honestum n.
natura Justitia vocare non potest.

12. Quales deniq; sint viri fortes &
Magnanimi?

Sint boni & simplices, veritatis a-
mici, minimeq; fallaces, non faciant,
sed propulsent injuriam.

Animus n. ad periculum paratus,
si suâ cupiditate, non utilitate commu-
ni impellitur, Audacia potius nomen
habeat, quam Fortitudinis.

13. Quid est Ambicio?

Est h. l. pertinax, nimiaq; Princi-
patus cupiditas, quæ elationi & ma-
gnitudini animi innata odiosa est. Ta-

les fuerunt Lacedæmoni, quorum a-
nimus vincendi cupiditate erat inflā-
mat9: Ut n quisq; animi magnitudinē
maximè excellit; ita maximè Prin-
ceps omnium esse, vel potius solus esse
vult. Teste Platone?

14. Quid efficit Ambitio?

Ex Ambitione fit 1. ut neq; discepta-
tione vinci se, ne ullò publicò ac legi-
timò jure quis patiatur.

2. Ut existant Largitores & factiosi,
ut opes quam maximo consequantur,
& sint vi potius superiores quàm justi-
tiâ pares.

15. Ergo Ambitiosus æquitatis pa-
rum est servans?

Difficile est ambitioso servare æqui-
tatem. Quò autem difficilius, hoc præ-
clarior; Cum nullum sit tempus, quod
Justitia vacare debeat.

16. Ergo est vitanda Ambitio?

Maximè, & quidem ob adjunctâ in-
justi-

justitiam, ad quam facillimè impelli-
tur, ut quisq; est altissimò animò &
glorie cupidus. Vix autem invenitur,
qui laboribus susceptis, periculis adi-
tis, non quasi mercedem rerum gesta-
rum desideret gloriam.

17. Animus autem fortis & Ma-
gnus quot proprietatibus maxi-
mè cernitur?

Duabus: Una posita est in rerum
externarum despicientiâ: cum nihil,
nisi quod honestum decorumq; sit, aut
admirari, aut optare, aut expetere,
nulliq; neq; homini, neq; perturba-
tioni animi, neq; fortuna succumbe-
re hominem oporteat.

18. In quo posita est Altera?

Alter a posita est ingerendo res ma-
gnas, maximè utiles, vehementer
arduas laborumq; & periculorum
plenas; tum vitæ causa, tum alia-
rum rerum, quæ ad vitam pertinent.

19. Has

19. Has duas viri fortis proprietates quomodo confers?

Posteriolem priori preferendo: quod in eâ omnis sit Splendor, amplitudo, & utilitas. Priorem verò posteriori; quod in eâ causâ sit & ratio viros fortes efficiens: Si quidem in eò est illud quod excellentes animos & humana contemnentis facit.

20. In quoc rebus hoc cernam?

In duabus: 1. Si id solum, quod honestum est, bonum iudices. 2. Si ab omni animi perturbatione liber sis.

21. Quid est rerum externarum despicientia?

Est, Ea, quae eximia plerisque & praecleara videntur, parva ducere, eaque ratione stabili firmaque contemnerere & in adversa sorte nihil à statu naturae discedere, nihil à dignitate Sapientis.

22. Quoc

mpelli-
mò &
itur,
is adi-
gesta-
Ma-
axi-
erum
nihil,
, aut
tere,
urba-
mbe-
?
ma-
nter
rum
alia-
ent.
Has

22. Quot vitia viro forti hic sunt vitanda?

Quatuor: Libido, Intemperantia, Avaritia & Ambitio.

23. De Libidine quid dicis?

Quot non sit consentaneum, eum qui metu non frangatur, fragi cupiditate.

24. Quid de Intemperantia dicis?

Quod nec sit consentaneum, eum, qui invictum se à laboribus prestiterit, vinci à voluptate.

25. Quid de Avaritiâ ais?

Quod, ut ambitio & Voluptas ita & pecunie cupiditas fugienda sit: Cum nihil tam angusti, tamq̃ parvi animi sit, quàm amare divitias; & cōtra nihil honesti & magnificentiusq̃, quàm pecuniam contemnere: Si non habeas, si habeas, ad beneficentiam liberalitatemq̃ conferre.

26. Quid de Ambitione refers?

Quod

*Quod sit cavenda gloria cupiditas :
cum eripiat Libertatem, pro quâ ma-
gnanimis viris omnis debet esse con-
tentio. Ne Imperia expetenda, sed po-
tius aut non accipienda aut deponen-
da interdum.*

27. Quid ergo illis qui animo for-
ti, excellentiq; esse volunt,
competit?

*Ut omni perturbatione, cupidita-
te, metu, aegritudine, voluptate a-
nimi & iracundia vacuis tranquilli-
tas adsit & securitas, que cum
constantiam, tum etiam dignitatem
afferat.*

28. Quibus concessum est Rem-
pub. non capessere.

*Iis forsân, qui vel excellenti ingenio
doctrinæ se dediderunt, vel valetu-
dinis imbecillitate vel aliquâ gra-
viori causa impediti sunt.*

Qui-

Quibus autem talis nulla est causa, iis non modo non laudi, verum etiam vitio dandum putò, si ab Imperiò recesserint, vel Magistratum capeffere recusaverint.

29. Quam habent causam?

Quòd gloriam contemnant, & pro nihilo habere videantur labores & molestias tum Offensionum, tum repulsarum quasi quandam ignominiam & infamiam timere videantur. Tales autem in rebus contrariis parum sibi constant.

30. Quos igitur putas ad Rempub. gerendam idoneos?

Eos, qui habent à naturâ adjumenta rerum gerendarum quibus, abjectâ omni cunctatione, adipiscendi sunt Magistratus, & regenda Respublica est. Si quidem nec aliter Civitas regi, nec animi magnitudo declarari potest.

Ad

causa, etiam
io re-
essere
n?
t, &
bores
tum
omi-
ur.
pa-
pub.
dju-
bus,
cen-
Re-
Ci-
de-
Ad

31. Ad Rem gerendam qui accedit
quid caveat?

*Caveat, ne id modò desideret, quàm
illa res honesta sit, sed etiam ut ha-
beat efficiendi facultatem. Conside-
randum enim est ei, ne aut temere
desperet propter ignaviam aut nimis
confidat propter cupiditatem.*

32. Quid ergò conclusionis loco
hic mones?

*Quod in omnibus negotiis prius,
quàm aggrediare adhibenda sit dili-
gens preparatio.*

CAPUT VIII.

DE COLLATIONE TO- GATÆ ET BELLICÆ FOR- TITUDINIS.

1. De collatione Togatæ & Bellicæ
Fortitudinis est una opinio?

Non:

Non: Sed diversa sunt opiniones:
Quidā n. arbitrantur res Bellicas ma-
jores esse quā urbana, quidā minores.

2. Utri Opinioni tu assentiris?

Posteriori: Nulla n. res exstiterunt
urbana majores clarioresq. quā bel-
lica. Id quod cūm Gracis tūm Latinis
Exemplis demonstrari licet.

3. Da Exemplum Græcum.

Solonis Atheniensium Legislatoris
Consilium, quō primus Areopagitas (A-
theniensium Judices) constituit, non
præclarum judicandum est, quā The-
mistoclis victoria, quā Xerxen prælio
navali vici ad Salamin, licet nomen
hujus sit illustris, quā illius. Victoria n.
hujus semel tantum profuit Civitati,
Consilium autem illius semper prode-
rit. Hęc Leges Atheniensium, hęc Ma-
jorum instituta servata sunt. Imò The-
mistocles nihil dixit in quō ipse Areo-
pagum adjuverit, at ille adjuvit The-
mistoclem:

Bel-

Bellum n. illud gestum est consilio ejus,
qui à Solone erat constitutus.

4 Dixisti multa de Areopago: Quid
erat Areopagus?

Erat vicus Martius, in quo constitu-
tus erat Magistratus à Solone, dictus ab
Ἄρειος i. e. Mars & ἄρειος i. e. Vicus. A-
reopagita a. dicebantur qui in Templò
Martis judicabant, quorum Judicium
perfectissimū habebatur. Hinc qui vis
severus & incorruptus Judex Areopa-
gita dicitur.

5 Da adhuc aliud Exēplum Græcum

Pausania quidem ex Lysandri Du-
cum Lacedæmoniorum gestis Imperiū
quidē Lacedæmoniis dilatātū est, Le-
gibus tamen & Disciplina Lycurgi ejo-
dem Reipub. Legislatoris confere-
di non sunt, quia illi ob hujus leges &
Disciplinam paratiores habuerunt e-
xercitus & fortiores.

6. Da

6. Da etiam Exempla Domestica
sc. Romana.

Marcus Scaurus & Marcus ob
prudentem Reip: peccata guberna-
tionem: Q. Catulus verò & Pom-
pejus ob res fortiter bello gestas cla-
ruerunt, nec tamen illi bis cedere vi-
si sunt. Parva enim sunt foris arma,
nisi sit consilium domi.

7. Da adhuc aliud Exemplum?

Africanus foris Numantiam ex-
cidit; Nasicus Tib. Gracchum tyran-
num interemit, consilio urbano sine
exercitu. Non minus tamen clarus
est hic quàm ille.

8. Da adhuc unum Exemplum?

Ipsè Cicero consiliis & prudentia
sua conjurationem catilinariam op-
pressit, ut de manibus audacissimo-
rum civium delapsa arma ipsa celeri-
ter ceciderint. De quo suo togato fa-
cinore ipse gloriatur hoc versu:

Ce-

*Cedant arma Toga, concedat
laurea lingua.*

*Id est, Bellum sit inferius paci, & vi-
ctoria eloquentia.*

9. Atq; statuis fortitudinem do-
mesticam bellicam non esse inferio-
rem?

*Imò firmiter statuo, & in illam
plus studii atq; opera ponendum duco:
Siquidem illud Honestum, quod ex a-
nimo excellenti magnificoq; querimus,
animi efficitur, non corporis viribus.*

10. Ergo in togata fortitudine cor-
pus non est exercendum?

*Exercendum etiam est corpus & i-
ta afficiendum, ut obedire consilio ra-
tioniq; possit in exequendis negotiis,
& labore tolerando.*

11. Honestum igitur illud, quod
exquirimus in quò positum
est?

Totum positum est in animi cura

C

& co-

Et cogitatione, in quò non minorem
utilitatem afferunt, qui togati Reip.
presunt, quàm qui bella gerunt. Con-
silio n. eorum aut non suscepta, aut
confecta sunt bella: Non nunquam e-
tiam illata. Sic Catonis consilio ter-
tium bellum punicum confectum est,
in quò etiam mortui valuit Autoritas.

12. Quid ex hac togatæ & bellicæ
fortitudinis collatione concludis?

Quod magis decernendi ratio, quàm
decertandi fortitudo sit expetenda.
Cavendum tamen est, ne id bellandi
magis fuga, quam utilitatis ratione
faciamus. (Cis?)

13. Quæ sunt proprietates viri for-

Fortis Et Constantis est, non per-
turbari in rebus asperis, nec tumul-
tuantem de gradu rectè rationis deji-
ci, Sed presenti animò, ut Et consiliò,
nec à ratione (i. e. consilio discedere.)

Nam Et animi Et ingenii magni est
per-

percipere cogitatione futura, & aliquanto ante constituere quid accidere possit in utramque partem, & quid agendum sit, cum quid evenerit, nec committere aliquid, ut dicendum sit; Non putaram.

13. Quando ergo belligerandum?

Cum tempus necessitasque postulat decertandum manu est, & mors servituti turpidinique anteponenda.

CAPUT IX.

DE BELLIS & DE CLEMENTIA IN VICTORIIS ADHIBENDA.

1. De evertendis & Diripiendis Urbibus quid considerandum est?

Illud, ne quid temere (s. consulto) ne quid crudeliter (s. inhumaniter) fiat.

2. Quod ergo est viri magnanimi hoc in casu Officium?

Id est, ut rebus agitatis puniat fortes multitudinem conservet. & in omni for

tuna recta & honesta retineat. Ut enim sunt, quibus urbanis rebus bellicas anteponunt: Sic reperies multos, quibus periculosa & callida consilia splendidiora videntur.

3. Ergone fugienda sunt pericula?

Nunquam omninò periculi fuga committendum est, ut imbelles timidig³ videamur. Fugiendum tamen, ne offeramus nos periculis sine causâ, quò nihil stultius esse potest.

4. Quid ergo in periculis adeundis est faciendum?

In iis adeundis consuetudo Medicorum imitanda est, qui leviter aegrotantes leviter curant graviorib⁹ autem morbis periculosas & ancipites curationes adbibent.

5. Estne periculorum delectus habendus?

Maximè: Promptiores enim debemus esse ad nostra pericula, quàm

ad

ad communia? Dimicareq; paratius
de honore & gloriâ, quàm de cœteris
commodis. Exemplo eorum, qui non
modo pecuniam, sed vitam etiam
profundere pro patriâ parati erant.

6. Quid in Togatæ Reipub. admi-
nistracione agendum?

*Cavenda est Pusillanimitas; cum
sint, qui quod sentiunt, etiamsi o-
ptimum sit, tamen invidia metû non
audent dicere.*

7. Quomodo autem qui Reip.
præfuturi sunt, hæc cavebunt?

*Si juxta monita Platonis 1. Utili-
tatem Civium sic tueantur, ut, quic-
quid agunt, ad eam referant, com-
modorum suorum obliti. 2. Si totum
Reip. corpus curent, ne, dum par-
tem aliquam tueantur, reliquas dese-
rant.*

8. Unde probas primum Platonis
monitum?

C₃

1a

*Id probo simili à tutela sumto: Ut n.
Tutela, sic procuratio Reip. ad utilita-
tem eorum, qui commissi sunt, non ad
eorum, quibus commissa gerenda est.
9. Unde probas secundū monitū?*

*Effectis contrariis: Quòd qui par-
ti civum consulunt, partem negligunt
rem perniciosissimam inducunt, sedi-
tionem sc. & discordiam.*

10. Quid inde venit?

*Illud, ut alii populares, alii studiosi
cujusq; optimi videantur, pauci uni-
versorum.*

*11. Qui dicebantur Populares,
qui Optimates?*

*Populares dicebantur qui facta &
dicta sua multitudini jucunda esse vo-
lebant: Optimates verò qui studebāt,
ut cōsilia sua optimocuiq; probarētur.*

*12. Conducitne Reipublicæ esse
tales?*

*Non: Quia Athenis magna discor-
dia,*

dia, Roma non solum seditiones, sed etiam pestifera bella civilia inde sunt exorta, quae gravis et fortis civis in Re-
pub. Principatu digno fugiat, atque ode-
rit, sequitur totum Reipub. tradat, neque opes
aut potentiam consecetur, totamque eam
sic tueatur, ut omnibus consulat.

13. Ad quid ergo monendus est Ma-
gistratus?

Ad equitatis et justitiae studium, ne
sc. criminibus falsis in odium aut in-
vidiam quemquam vocet, sed justitiae
honestatique omnino adhaerescat, ut dum
conservat eam, Martem appetat potius,
quam illam deserat, etiam si gravius
offendat.

14. Ecquid Magistratus sic ambitio-
sus, & honorum cupidus?

Ambitio et honorum cupiditas in
Magistratu miserrima est; Simi-
literque ei faciunt, qui inter
se contendunt, uter potius

Rempub. administret ut si nauta certarent, quis eorum subortâ tempestate potissimum gubernaret: Adversarii igitur sunt estimandi, qui contra arma sumunt, non, qui suô judiciô Remp. tueri volunt.

15. *Ecquid Iraeundia Magistratum decet?*

Non audiendi sunt, qui irascendum inimicis putant, idq; Magnanimi & viri fortes esse censent, Cum nihil laudabilius, nihil magno & preclaro viro dignius sit placabilitate & clementiâ.

16. *Quid agendum est Magistratui in populis liberis?*

In liberis populis & in juris aequabilitate, exercenda etiam est facilitas & altitudo animi, seu gravitas, ne in morositatem in utilem & odiosam incidamus, si aut intempestivè accedentibus, aut impudenter



rogantibus irascamur.

17. Quomodo autem probanda
est Mansuetudo & Clementia?

*Ita, ut adhibeatur Reipub. causa
severitas, sine qua administrari civi-
tas non potest.*

18. De ratione puniendi quot tra-
dis Præcepta?

*Quinq;: Omnis Animadversio est
Castigatio.*

1. Contumelia vacare debet.

2. Non ad ejus qui punit, aliquem,
sed ad Reipub. utilitatem referri de-
bet.

3. Non major sit poena quam
culpa.

4. Non iisdem de causis alii ple-
ctantur alii ne appellentur quidem.

5. Maximè ira in puniendo est pro-
hibenda. Cum iratus ad poenam acce-
dens nunquam mediocritatem illam,
quæ est inter nimium & parum, te-
neat.

C 9

19. Quid

19. Quid hic optas?

Ut ii, qui Reipub. praesunt, Legum sint similes, quae ad puniendum non iracundiâ sed aequitate ducuntur.

20. Qualem se Magistratus in rebus prosperis gerat?

In prosperis & ad voluntatem fluentibus Superbiam, Fastidium & Arrogantiam magnopere fugiat, Ut n. adversas res, sic secundas immoderate ferri levitatis est.

21. Qualem se Magistratus in utraq; sorte gerat?

Aequabilitate studeat, quae praecleara est in omni vitâ, & idem semper vultus eademq; frons. Sic Philippus Macedonia Rex humanitate Filio Alexandro superior mansit, rebus gestis licet & gloriâ ab illò superatus. Quanto igitur Superioris simus, tanto submissius nos geramus.

22. Possuntne dari remedia contra Superbiam? Pos-

Possunt, & quidem tria:

23. Da primum.

Primum est inconstantia & imbecillitatis rerum humanarum consideratio: quod sc. homines secundis rebus effrenatos sibiq. presidentes tanquam in gyrum rationis duci oporteat.

24. Da secundum remedium.

Illud est amicorum consilium, quò secundissimis in rebus maximè utendum, hisq. major, quàm antè, tribuenda est Autoritas.

25. Da tertium remedium.

Illud est fuga Assentatorum; Cavendum n. est, ne illis in rebus secundissimis aures patefaciamus, ne adulari nos sinamus, in quò falli facile est.

26. Qui sunt Effectus Superbiæ?

Sunt 1. innumerabilia peccata, quæ inde nascuntur. 2. Ignominia cum homines opinionibus inflati turpiter iridentur.

3. Er-

3. *Errores Maximi, in quibus versantur.*

27. *Quot facis gradus virorum fortium in civili vitâ?*

Tres: Primus est eorum, qui Rempub. regunt. Secundus Philosophorum. Tertius Patrum familias.

28. *Quid judicas de Rempub. gerentibus?*

Ab illis maximas geri, maximiq; animi res, cum Rerum publicarum administratio latissimè pateat, ad plurimosq; pertineat.

29. *Quid judicas de Philosophis?*

Esse magni animi & fuisse multos etiam in vitâ privatâ, qui aut investigarent, aut conarentur magna quaedam, sese rerum suarum finibus continerent.

30. *Quid de Oeconomis s. Patribus familias judicas)*

Quod

*Quod delectentur re suâ familia-
ri, non eam quidem omni ratione
exaggerantes, neq̄ suos ab ejus usu
excludentes, potiusq̄ & Amicis &
Reip. si quando usus esset impertien-
tes.*

**31. Quot sunt Proprietates Rei fa-
miliaris?**

*Sunt Tres: 1. Ut nullo turpi odio.
soḡ questu parata sit, & quam pluri-
mis, modo dignis, utilem se prebeat.
2. Ratione, diligentia, parsimonia au-
geatur. 3. Non libidini potius luxu-
riaq̄, quàm liberalitati & beneficen-
tia pateat.*

**32. Quem usum habent hujus Ca-
pitis præcepta?**

*Eum, quod præscripta hac servan-
tem magnificè, graviter, animosè,
atq̄ etiam simpliciter, fideliter, vi-
taq̄ hominum amicè liceat vivere.*

CA.

CAPUT X.

DE TEMPERANTIA.

1. Quæ est quarta Honesti Species?

Est, in quâ verecundia & quasi quidam ornatus vite, Temperantia & modestia omnisq; sedatio Animi & rerum modus cernitur. Hoc itaq; locò continetur id, quod dici latine decorũ potest; Grecis n. τὸ πρέπον dicitur.

2. Quæ est vis talis Decori?

Est ea, ut ab honesto non queat separari. Nam & quòd decet honestum est, & quod honestum est decet.

3. Qualis est Differentia Honesti & Decori?

Illud facilius intelligi quàm explanari potest: Quicquid n. est, quod deceat, id tùm apparet, cum antegressa est Honestas. Id quod apparet non solũ in hac honestatis parte, de quâ hoc locò differendum est sed etiam in tribus superiorib; quod deceat, apparet.

4. Da

4. Da igitur Decorum & Indecorum Speciale Prudentiæ?

Est ratione atq; oratione prudenter uti, & agere, quod agas, considerare, omnig; in re quid sit veri, videre & tueri decet. Falli contrà errare, labi decipi tam de decet, quàm delirare & mente captum esse.

5. Da Decorum & Indecorum Speciale Justitiæ.

Iusta omnia Decora sunt, injusta contra ut turpia, sic indecora.

6. Da Decorum & Indecorum Speciale Fortitudinis?

Quod viriliter animòq; magno fit, id dignum viro & decorum videtur; quòd contrà, id ut turpe, ita indecorum.

7. Quid concludis de Decoro?

Quod quidem ad omnem honestatē pertineat hoc quod dico, Decorū & ita

I A.
ies?
qui-
a &
re-
locò
corū
er.

t se-
um

esti

la-
de-

ssa

so-

hoc

ri-

et.

Da

ita pertineat, ut non recondita qua-
dam ratione cernatur, sed sit in
promptu.

8. Quid hac conclusione doces?

Discrimen honesti & decori: quod
nim. Honestas sit recondita, Decorum
verò in promptu, & cogitatione ma-
gis, quàm re à virtute separari
possit.

9. Discrimen hoc quomodo de-
claras?

Similitudine Pulchritudinis seu ve-
nustatis corporis: Ut hæc secerni non
potest à Valetudine, Sic Decorum hoc
totum est cum Virtute confusum, sed
mente tamen ac Cognitione ab eâ (ut
Effectus à causâ) distinguitur.

10. Quomodo distinguis Deco-
rum?

In Generale quod in omni Honestate
versatur, & Speciale, quod ad sin-
gulas Honestatis partes pertinet.

11. Quot-

II. Quomodo definitur decorum generale?

Generale Decorum id est, quod hominum excellentiae consentaneum, est in eo, in quo naturae ejus à reliquis animantibus differt.

12. Quomodo definitur decorum Speciale?

Decorum Speciale est id, quod ita naturae consentaneum est; ut in eo moderatio & Temperantia appareat, cum Specie quadam liberali.

13. Unde hæc ita intelligi putes?

Ex Decorò illò, quò Poëta utuntur, qui tùm illud, quod decet, servant, tùm id, quod quâq; personâ dignum est, & sic & dicitur ab iis.

14. Quomodo declaras Decorum Poëticum?

Exemplis contrariis: quorum unum est indecori, alterum decori Illud est Æaci (Filii Jovis, Judicis infero-

ferorum ob Justitiam habiti) qui se di-
ceret; Oderint dum metuant: inde-
corum videretur, quod eum fuisse ju-
stum accepimus.

Hoc Atrei, quo dicente; Natis sepul-
crum ipse est parens: Plausus exci-
tantur, cum sit digna persona oratio.

15. Recense Historiam de A-
treo?

Theseus stupraverat Aëropen fra-
tris sui Atrei uxorem, ideoq; Fratri-
bas poenas dedit, ut Tantalum & Cliste-
num filios, ex illò adulteriò exceptos,
in cibum propositos devoraret inscius.
Ideo Atreus vocat ipsum librorum
suorum sepulcrum: Vide Senec.

16. Poëtæ suum Decorum unde
sumunt?

Poëtæ quid quemq; deceat ex per-
sona judicant.

17. Quid-

17. Quidnam Philosophis impo-
suit personam?

*Ipsa Natura magnâ cum Excellen-
tiâ Prestantiâq; animantium reliquo-
rum.*

18. Confer Decorum Poëtarum &
Philosophorum?

*Poëta in magnâ varietate Perso-
narum etiam vitiosis quid conveniat,
& quid deceat, videbunt. Philosophis
autem à natura constantia, modera-
tionis, Temperantia, verecundia,
partes datae sunt, cumq; eadem na-
tura doceat non negligere, quemad-
modum nos adversus homines gera-
mus, efficitur, ut & illud, quod ad o-
mnem honestatem pertinet decorum,
quàm à te fusum sit, appareat, & hoc,
quod apparet, in omni virtutis gene-
re spectetur.*

19. Quomodo commendas Deco-
rum Philosophicum?

Per.

Per simile à bonis corporis ad bona animi: Ut Pulcritudo corporis, aptà compositione membrorum movet oculos, & delectat hoc ipsò, quod inter se omnes partes, cum quodam lepore consentiant: Sic hoc Decorum, quod elucet in vitâ, movet approbationem veram, quibus cum vivitur ordine dictorum omnium atq; factorum.

20. Quale Præceptum hinc emergit?

Quod adhibenda sit quædam reverentia adversus homines, & optimi cuiq; & reliquorum. Nam negligere, quis de se quisq; sentiat, non solum arrogantis est, sed etiam omnino dissoluti.

21. In hominum ratione habendâ Justitiâ & verecundia quomodo differunt?

Ita: Justitiæ partes sunt, non violare

lare
cun
Etis
mè
22.
cial
I
con
sequ
bim
mu
ca
min
E
Te
ma
qu
tò
eti
sun
23.

bona
is a-
mo-
psô ,
quod
hoc
mo-
uitus
mni-
mer-
eve-
tini
lige-
n so-
mni-
ben-
mo-
vio-
lare

lare homines in contractibus: Vere-
cundia non offendere scandalo in di-
ctis & factis, in quò vis decori maxi-
mè perspicitur.

22. Officiorum generalis ut & spe-
cialis decori quàm habent vim?

Illud conducit ad convenientiam
conservationemq; naturæ, quàm si
sequemur ducem, nunquam aberr-
bimus. Per hoc Naturâ duce seque-
mur, & id, quod acutum & perspi-
cax natura est, & id, quod ad ho-
minum societatem accommodatum,
& id, quod vebemens atq; forte. In
Temperantia autem vis decori maxi-
ma est. Quia non solum corporis,
qui ad naturam apti sunt, sed mul-
tò magis animi motus probandi, qui
etiam ad naturam accommodati
sunt.

23. Quotuplex ergo est vis ani-
morum & naturæ?

EST

Est duplex: Una pars in appetitu
posita est: Quam Græcis dicta; qua ho-
minem huc illuc rapit: Altera in ra-
tione, qua docet & explanat, quid
faciendumq; sit. Id quod ita fit ut Ra-
tio præsit, Appetitus obtemperet.

24. Quomodo omnis Actio debet
esse comparanda?

Vacare debet Temeritate & Negli-
gentiâ; nec verò agere quidquam, cu-
jus non possis causam probabilem red-
dere. Efficiendum itaq; est, ut appeti-
tus rationi obediant, eamq; nec pro-
pter pigritiam nec propter ignoran-
tiam deserant sintq; tranquilli, atq;
omni animi perturbatione careunt.
Ex eò elucebit omnis constantia, o-
mnisq; moderatio.

25. Quid de Appetitibus longius va-
gantibus judicas?

Appetitus qui longius vagantur,
& tan-

*Et tanquam exsulantes sive cupiendo
sive fugiendo non satis ratione retinē-
tur, bi sine dubiō finē & modum tran-
seunt, qui relinquunt & abjiciunt obe-
diētiam nec rationi parent, cui sunt sub-
jecti lege natura. Ejusmodi appetiti-
bus non modò animi, sed etiam cor-
pora perturbantur.*

26. Quid hic remedii loco facien-
dum?

*Appetitus omnes contrahendi, se-
dandiq; & excitanda animadver-
sio, & diligentia, ut ne quid temerè
ac fortuitò, inconsideratè negligē-
terq; agamus.*

27. Quomodo ergo generati sumus
à naturâ?

*Non ita, ut ad ludum & jocum fa-
cti esse videamur, sed ad severita-
tem*

tempotius, & ad quaedam negotia
graviora, atq; majora.

28. Ergo ludo & joco non licet?

Ludo & joco utique quidem nos licet,
sed sicut somno & quietibus ceteris,
tūm, cum gravioribus seriisq; rebus
satisfecerimus.

29. Ipsum jocandi Genus quale
sit?

Ipsum Genus jocandi non profu-
sum, nec immodestum, sed ingenuum
& facetum esse debet.

30. Unde hoc Præceptum de-
claras?

A simili à pueris desumpto: Uti pue-
ris non omnem ludendi licentiam da-
mus, sed eam, quæ ab honestis actio-
nibus non est aliena: Sic in ipsò locò
aliquid probi ingenii lumen eluceat.

31. Quotuplex status jocandi Ge-
nus?

Duplex: Unum illiberale, petu-
lans,

*culans, flagitiosum, obscœnum: Al-
terum elegans, urbanum, ingenio-
sum, facetum: quò genere: Comico-
rum & Philosophorum libri sunt con-
fert i.*

**32. Quomodo distinguuntur inge-
nui & liberales joci?**

*Jocus, si tempore fit, ac remisso a-
nimo, libero homine dignus est: Sin
verò rerum turpitudini verborum ob-
scœnitas adbibetur, in homine quidem
est dignus.*

**33. Estne etiam ludendi modus re-
lictus?**

*Est sanè, sed ne 1. omnia profunda-
mus, nec 2. Elati voluptate in ali-
quam turpitudinem delabamur. Hic
campus Martius studium venandi
(& literarum) honesta exempla sup-
peditant.*

**34. Quid ad omne Officii genus
pertinet?**

D

Sem-

*Semper in promptu habere (seu
meminisse) quantū natura hominis
pecudibus reliquisq; beluis antecedit.*

*Quod scil. pecudes & beluae reliqua
nihil sentiant, nisi voluptatem ad e-
amq; omni ferantur impetu: Mens
vero hominis discendo alatur, & co-
gitando semper aliquid aut inquireat,
aut agat, videndiq; & audiendi de-
lectatione ducatur.*

35. *Quid, si quis est propensior ad
voluptatem?*

*Si paulò est erectior, & non expe-
ctudum gerere (sunt n. quidam non re-
sed nomine homines) quamvis volu-
ptate cupiatur, occultat tamen & dis-
simulat appetitum voluptatis propter
verecundiam. Siquidem corporis
voluptas non satis digna est hominis
prestantiā: ideoq; contemnenda &
rejicienda.*

36. *Si autem quis voluptati aliquid
tribuat? Et*

Et diligenter attendendus est mo-
dus voluptatis fruenda. Itaq, victus
cultusq, corporis ad valetudinem, &
ad vires, non ad voluptatem referan-
tur. Si n. considerare volumus, quae
sit in natura excellentia, & dignitas,
intelligemus, quam sit turpe, diffuere
luxuriâ, & delicatè & molliter; quâ
honestum parcè, continenter, severè,
sobrièq, vivere.

37. Quot personis à naturâ indu-
ci sumus?

Duabus: Communi & propriâ. U-
na communis inde dicitur, quod o-
mnis rationis, praestantiq, ejus sumus
participes, quâ antecellimus bestiis,
à quâ omne honestum decorumq, na-
scitur, & ex qua ratio inveniendi of-
ficii exquiritur. Altera propria di-
citur, quia, ut in corporibus magne
dissimilitudines, sic & in animis ex-
sistunt majores difficultates.

(Exempla vide in Textu)

38. Quid

(sen
minis
dat.
liqua
d e.
mens
co-
rat,
i de-
rad
pe-
n re
olu-
dis-
nter
oris
inis
&
uid
Et



38. Quid in tantâ naturarum di-
versitate agendum?

Tuenda sunt sua cuiq; non vitiosa,
sed tanquam propria, quò facilius de-
corum illud, quod quarimus retinea-
tur. Sic contra naturam universam
non contendemus, sed servatâ eâ pro-
prium sequemur. Neq; enim atti-
net, repugnare naturæ, neq; quid-
quam sequi, quod assequi nequeas.

39. Unde hoc probas?

Ex communi Adagiò; quod nihil
in vitâ Minervâ, i. e. repugnante &
adversante naturâ, fieri deceat.

40. Si quidquam est decorum,
quid magis est decorum?

Nihil magis est decorũ, quã equa-
bilitas universæ vitæ, tum singularum
actionum, quam conservare non pos-
sis, si aliorum naturam imiteris, o-
mittas tuam. Ut enim sermone eò de-
bemus uti, qui notus est nobis, ne ju-

re o-

re optimò rideamur: Sic in Actiones,
omnemq; vitam, nullam discrepan-
tiam conferre debemus.

41. Hæc naturarum differentia
quantam habet vim?

Tantam, ut nonnunquam mortem
sibi ipse alius conciscere debeat, alius
in eâdem causâ non debeat.

42. Unde primum membrum
probas?

Exemplo Catonis, cui præ cæteris,
qui se in eâdem causâ Cæsari tradide-
runt, mori potius fuit, quàm Ty-
ranni vultum videre.

43. Quid ipsum ad hoc facinus
impulit?

Incredibilis, quam ipsi natura tri-
buerat, gravitas, quam ipse perpe-
tuâ constantiâ roboravit, semperq; in
proposito susceptoq; consilio perman-
sit.

D3

44. Quid

44. Quid tu de hoc facinore judi-
cas?

Planè illud improbo, licet Cicero id
approbet: Non enim sunt facienda
mala, ut inde eveniant bona.

45. Unde posterius membrum
probas?

Exemplo Ulyssis & Ajacis: quorum
ille multa fuit passus, cum & mulie-
ribus in serviret, & in omni sermone
omnibus affabilem se praeberere vellet,
dum etiam servorum & Ancillarum
contumelias pertulit, ut ad id ali-
quando, quod cupiebat perveniret.

At Ajax millies oppetere mortem,
quam illa perpeti maluisset.

46. Hoc contemplantibus quid a-
gent?

Illos, quid quisq; habeat sui, eaq;
moderari, nec velle experiri, quam se
aliena deceant, expendere oportebit,

Id

Id enim maximè quemq; decet, quod
est cuiq; suum maximè.

47. Quid ergo cuiq; est faciendū?

Suum quisq; noscat ingenium, a-
cremq; se & bonorum & vitiorum suo-
rum iudicem præbet. Ne Scenici plus,
quàm (Philosophi) habere videantur
prudentiæ.

48. Quid prudentiæ habent Scenici?

Illi non optimas, sed sibi accommo-
datissimas Fabulas eligunt. Histrion a,
non videat in Scenâ, quod Sapiens
non videat in vitâ? Ad quas igitur
res aptissimi erimus, in iis potissimum
elaboremus,

49. Quid si necessitas nos ad ea
detruferit, quæ non sunt no-
stri ingenii?

Tum omnis adhibenda erit cu-
ra, meditatio, diligentia, ut ea, si

D 4

non

non decore, at quàm minimum inde-
corè facere possim. Non enim tam est
enitendum, ut bona, quæ nobis data
non sunt, sequamur quam ut vitia
fugiamus.

50. Superioribus duabus personis
quæ adjungitur tertia?

Ea, quam casus aliquis, vel tem-
pus imponit: Nam Regna, Imperia,
Nobilitates, hæc divitiæ, opes, eaq;
quæ sunt his contraria in casu sita,
temporibus gubernantur.

51. Quæ additur adhuc quarta per-
sona?

Ea, quam nobismet ipsi iudicio no-
stro accommodamus: Ipsi enim quam
personam gerere velimus à nostrâ vo-
luntate proficiscitur.

52. Quid igitur efficit cujusq;
voluntas?

Ut alii ad Philosophiam, alii ad Jus
civile, alii ad Eloquentiam, se appli-
cent

cent: ipsarumq; virtutum in aliâ alius
malit excellere.

53. Quid autem agent illi, quorum
Patres Majores aliquâ gloriâ præ-
stiterunt?

Ii student plerumq; eodem in gene-
re laudis excellere. Nec in acquisitis
Patrum & Majorum laudibus acquie-
scunt: Sed quidem ad eas laudes,
quas à Parentibus acceperunt, ad-
dunt aliquam suam; Imo quidam e-
tiam omisâ Majorum institutione su-
um institutum sequuntur: in quò ma-
xime laborant ii plerumq; qui magna
sibi proponunt, obscuris orti Parenti-
bus.

54. Quid hic concludendo mo-
nes?

Quod hæc omnia, cum querimus,
qua deceant, complecti animò & cogi-
tatione debeamus.

D5

55. De

55. De eligendo vitæ genere quid
statuis?

*Imprimis constituendum est, quos
nos & quales esse velimus, & in quo
vitæ genere.*

56. Illa Deliberatio quomodo est
comparata?

*Est omnium difficillima propter im-
becillitatem iudicii, quæ in eunte ado-
lescentiâ est maxima, tum quisq; sibi
genus ætatis degenda constituit, quod
maximè adamavit.*

57. Quid ergo tali accidit?

*Ante implicatur aliquò certò gene-
re cursusq; vivendi, quam potuit,
quid optimum esset, iudicare.*

58. Hercules tamen cum pubesce-
ret viam virtutis quam voluptatis
ingredi maluit.

*Est Exemplum speciale: Non er-
ravit, Hoc Herculi Jovis saturo edito*

poa

potuit contingere, nobis non item,
qui imitamur quod cuiq; visum est,
atq; ad eorum studia institutaq; impel-
limur.

59. Da adhuc alium errorem in vi-
tæ genere eligendo.

Plerumq; etiam parentum Præce-
ptis imbuti ad eorum consuetudinem
moremq; deducimur.

60. Da tertium in vitæ genere eli-
gendo errorem.

Alii multitudinis iudicio feruntur,
quæq; majori parti pulcherrima vi-
dentur, ea maximè exoptant.

61. Quâ ratione ergo ad rectum or-
tæ statum pervenitur?

Sive felicitate quadam, sive boni-
tate natura, sive parentum discipli-
nâ nonnulli rectam vitæ viam sunt
assecuti.

62. Sed suntne eorum qui rectam
vivendi rationem assequuntur

multi, & qui sunt? Illud

Illud rarum genus est illorum, qui
aut (1.) eccellente ingenii magnitu-
dine, aut (2.) præclarâ eruditione &
doctrinâ, aut (3.) utrâq; sunt ornati;
Spatium etiam (4.) deliberanti ha-
buerunt, quem potissimum vitæ cur-
sum sequi vellent.

63. De eligendo vitæ genere quid
porro statuis?

In deliberatione hac ad suam cuiq;
naturam, consilium omne converten-
dum esse statuo.

64. Unde sumis rationem?

A fine: Nam cum in omnibus, quæ
aguntur ex eò, quò quisq; modò natus
est, quid deceat, exquirimus, tum in
totâ vitâ constituenda multò est ejus
rei cura major adhibenda ut nullâ
perpetuitate nobismet ipsis constare,
nec in ullò officiò claudicare possi-
mus.

65. Un-

65. Unde hanc rationem illustras?

*Comparatione naturæ & fortunæ:
Cum ad hanc rationem naturæ vim
habet maximam, fortuna proximam,
omnisq; omninò ratio, est habenda in
eligendo vitæ genere; sed naturæ
magis.*

66. Unde sumis hujus Comparationis rationem?

A Qualitate naturæ firmiori; multò enim & firmior & constantior est naturæ; ut fortuna nonnunquam tanquam ipsa mortalis cum immortalis naturæ pugnare videatur.

67. Quid tertio de eligendo vitæ genere præcipis?

Illud, quod ad naturæ suæ non vitiose genus Consiliumq; vivendi omne contulerit, constantiam teneat.

68. Etiamne constantiam teneat, si erraverit?

Mu-

*Mutationem eam si tempora adju-
vabunt, facilius commodiusq; facie-
mus, si minus, sensim erit, pedeten-
tim faciam mutatio.*

69. Quomodo autem facienda?

*Ut amicitias, quae minus delectent,
magis decorè censent Sapientes sen-
sim dissuere, quàm repentè, prae-
dere.*

70. Vitæ autem genere mutatio,
quid agendum?

*Omni ratione curandum est, ut id
bonò consilio fecisse videamur.*

71. Quatenus exempla Majorum
(de quibus suprà dixi) in eligen-
do vitæ genere sunt imitanda?

*In imitandis maioribus duo exce-
pta sint, 1. ne vitia imitemur, 2. Si na-
tura non feret, ut quaedam imitari
possimus, desistamus.*

72. Quid ergo faciet ille, qui Majo-
rum res gestas imitari non potest?

Qui

Qui non poterit sive causas defen-
dere, sive populum concionibus tene-
re, sive bellagerere, illa tamen pre-
stare debebit, quae erunt in ipsius po-
testate, justitiam, fidem, liberali-
tatem, modestiam, temperantiam,
quo minus ab eo id, quod desit requi-
ratur.

73. Quomodo concludis hunc lo-
cum?

Epiphonemate de optimâ heredita-
te, quam parentes liberis dant &
reliquunt, quae est virtutis rerumq;
gestarum gloria omni patrimonio pre-
stantior. Cui de decori esse, nefas & vi-
tium judicandum est.

CAPUT XI.

DE DIVERSARUM ÆTA- TUM OFFICIIS ET PRIMO DE JUVENUM.

I. Ecquid eadem officia disparibus
ætatibus tribuuntur?

Non

Non: sed alia sunt juvenum, alia
senum officia.

2. Quid ergo adolescentem decet?

Adolescentis est, majores natu ve-
reri, ex hisq; eligere optimos & pro-
batissimos quorum consilio & autori-
tate nitatur.

3. Unde sumis rationem hujus Præ-
cepti?

A Necessariò: ineuntis enim ætatis
inscitia senum constituenda & regen-
da prudentia est.

4. Quid autem juvenem dedecet?

Libido: maximè enim hæc ætas à
libidinibus arcenda est, exercendaq;
labore, patientiâq; & animi & Cor-
poris: & quidem ideò, ut eorum &
in bellicis & in civilib; officiis aliquan-
do vigeat industria.

5. Quid in animi relaxatione ca-
vendum?

Cum

*Cum relaxare animos, & dare se
jucunditati volunt, caveant intem-
perantiam meminerint verecundiae.*

6. Quomodo hoc ipsis erit facile?

*Si ejusmodi rebus majores natu-
quodq; interesse velint.*

Secundò de Officiis Senum.

1. Quid cum senibus agendum pu-
tas?

*Senibus labores Corporis sunt mi-
nuendi, exercitationes animi etiam
augendi videntur.*

2. Quid senibus porrò faciendum
incumbit?

*Danda ipsis opera, ut & amicos &
juventutem, & maximè Rempubli-
cam Consiliò & prudentià quam plu-
rimum adjuvent.*

3. Quid contrà cavendum est Seni-
bus?

Ni-

*Nibil magis, quam ne luxuriei
se se, desidiaq; dedant.*

4. Num ne senes luxuriæ se dedant?

*Maximè: Luxuria enim cum omni
etati turpis, tum senectuti foedissima
est.*

5. Quid si ad luxuriam libidinum
intemperantia accesserit?

*Duplex malum est: quod (1.) se-
nectus concipit dedecus, & facit (2.)
adolescentium intemperantiam, im-
pudentiorem.*

CAPUT XII.

DE CORPORIS ET ANI- MI DECORO.

1. Corporis & animi Decorum in
quot rebus consistit?

*Decorum, quod in omnibus factis
& dictis, in Corporis animiq; motu &
statu cernitur id in tribus rebus est
positum: in formositate Ordine & or-
natu ad actionem apto.*

2. Quid

2. Quid in his tribus continetur?

Cura illa, ut probemur iis, cum quibus & apud quos vivamus.

3. In Decoro dictorum & factorum in verecundiâ quid potius commendas?

Naturam: ut quæ Corporis nostri magnam rationem habuisse videtur.

4. Quæ fuit ille naturæ ratio?

Natura formam nostram relinquamq; figuram, in quâ esset Species honesta, eam posuit in promptu: quæ partes autem Corporis, ad naturæ necessitatem datæ ad spectum essent deformem habitura, atq; turpem, eas verecundiæ causa contexit atq; abdidit.

5. Quid tam elegantem naturæ fabricam imitatum est?

Hominum verecundiâ: quæ enim natura occultavit eadem omnes, qui
sa-

uriei

ant?

anni

ima

um

se-

2.)

im-

II-

in

Etis

est

or-

uid

sanâ mente sunt, remouent ab oculis
ipsiq; necessitati dant operam, ut
quam occultissimè pareant.

6. Quid sanâ mente præditi cum
reliquis partibus agunt?

Quarum partium Corporis usus
sunt, necessarii eas nec partes neq; ea-
rum usus suis nominibus appellant,
quodq; facere non turpè est, modò oc-
cultè id dicere obscœnum est.

7. Quid ergo cum Cinicis agis?

Inuehor meritò in eos eò quod re-
prehendant & irrideant nos, quod
ea quæ turpiare non sunt, Verbis fla-
gitiosa dicamus, illa autem quæ tur-
pia sunt, nominibus appellemus suis.

8. Quomodo utramq; hanc Cini-
corum opinionem illustras?

Exemplis: 1. latrocinari, fraudare
adulterari, re turpe est, sed dicitur
non obscœnum. 2. Liberis dare ope-
ram

ram re honestum est, nomine obscœ-
num. Pleraq; contra verecundiam
in eandem sententiam ab iisdem (Ci-
nicis) disputantur.

9. Quid autem hâc in re nobis fa-
ciendum est?

Naturam sequamur, & omne,
quod ab ipsâ oculorum auriumq; com-
probatione abhorret fugiamus.

10. Hanc tuam sententiam quo
modo illustras?

Distributione verecundie è Subje-
ctis: quod scilicet status, incessus, ses-
sio, accubatio, vultus, oculi manu-
um motus teneant illud decorum.

11. In his quot sunt maximè fugi-
enda?

Duo: 1. Ne quid effœminatum aut
molle. 2. Ne quid durum aut rusticum
sit.

12. Quomodo idem Præceptum de
ve-

verecundiã in statu gestuq; corpo-
ris illustras?

*Similitudine Histriorum & Orato-
rum, quibus non est concedendum,
ut iis hæc apta sint nobis (Philosophis)
dissoluta.*

13. Unde Scenicorum verecundi-
am probas?

*Ex factô ipsô: quorum mos tantam
habet à veteri disciplinã verecundi-
am, ut in Scenã sine subligaculo pro-
deat nemo.*

14. Da hujus facti rationem.

*Verentur, ne, si quo casu evenerit,
ut corporis partes quedam aperian-
tur; adspiciantur non decore:*

15. Unde hoc factum Scenicorum
illustras?

*Exemplo Romanorum, quorum
more cum Parentibus puberes filii, cum
Soceris Generi non lavantur.*

16. Quomodo concludis præce-
ptum de verecundiã? *Ad-*

*Adhortatione: Quod retinenda
sit hujus generis verecundia, praefer-
tim naturâ ipsâ Magstrâ & duce.*

CAPUT XIII.
DE DECORO IN ORNA-
TU ET GESTU, MOTUq; COR-
pORIS.

1. Quot sunt genera Pulchri-
tudinis?

*Sunt duo: Muliebri & virile, in illo
est venustas in hoc dignitas.*

2. Quid ergò removendum est
à Forma?

*A Forma removeatur omnis viro
non dignus ornatus, & huic simile vi-
tium in gestu motuq; caveatur.*

3. Unde confirmitas hoc Præ-
ceptum?

*Ab Exemplo Palaesticorum & Hi-
strionum. Nam illorum motus sæpè
sunt odiosiores, & horum nonnulli ge-
stus ineptiis non vacant.*

4. Qvæ

4. Quæ ergò in utroq; genere lau-
danda?

*In utroq; genere; & Palæstrico (& Histrionico) quæ sunt recta & simpli-
cia, laudantur.*

5. Formæ dignitas quomodo tuen-
da?

*Coloris nativi bonitate tuenda est
forma dignitas, Color autem exerci-
tationibus corporis.*

6. Qualis adhibenda Munditia?

*Adhibenda est Munditia non odio-
sa, neq; exquisita nimis; tamen quæ
fugiat agrestem & inhumanam ne-
gligentiam.*

7. Quæ ratio est adhibenda ve-
sticus?

*Vestitus eadem ratio est adhiben-
da, in quò sicut in plerisq; rebus me-
diocritas optima est.*

8. In ingressu quid cavendum?

Ca-

*Cavendum ne aut tarditatibus u-
tamur in ingressu, mollioribus ut
pomparum ferculis similes videamur
ut aut in festinationibus suscipiamus
nimias celeritates.*

9. Ex festinationibus quæ fiunt?

*Moventur anbelitus, vultus mu-
tantur, ora torquentur, ex quibus o-
mnibus significatur, non adesse con-
stantiam.*

10. Motus Corporis vidimus, sed
quid de motu animi statuis?

*Elaborandum motu magis, ne a-
nimi motus à naturâ recedant.*

11. Quomodo hoc assequemur?

*Sic caverimus, ne (1) in perturba-
tiones atq; exanimationes incidamus,
& si (2) attentos animos ad decori
conservationem tenebimus.*

12. Quotuplices sunt motus ani-
morum?

E

Sunt

*Sunt duplices: alteri cogitationes,
alteri appetitus.*

13. Quodnam est utriusq; Pro-
prium?

*Cogitatio in vero exquirendo ma-
ximè versatur: appetitus impellit ad
agendum.*

14. Quid igitur faciendum?

*Curandum est (1.) ut cogitatione
ad res quam optimas utamur (2.) ap-
petitum rationi obedientem praebea-
mus.*

CAPUT XIV.
DE DECORO IN SER-
MONE FAMILIARI SER-
VANDO.

1. Orationis vis (quæ magna est)
quotuplex est?

*Est duplex: Altera contentionis,
altera sermonis.*

2. Contentio quibus est tribuenda?

Tri-

Tribuenda disceptationibus 1. iudiciorum 2. concionum 3. Senatus.

3. Sermo ubi est adhibendus?

Adhibendus est 1. in circulis seu congressibus privatis. 2. in disputationibus seu placidis collationibus opinionum & sententiarum in utramque partem. 3. in congressionibus seu colloquiis familiarium. 4. in convivis quæ etiam persequitur.

4. Suntne contentionis & sermonis præcepta?

Contentionis sunt multa apud Rhetores, sermonis nulla, verborum tamen sententiarumque præcepta etiam ad sermonem pertinent.

5. Quem nam orationis indicem habemus?

E 2

Vo-

Vocem: In qua duo sequamur 1. ut clara 2. ut suavis sit.

6. Unde utrumq; est petendum?

A natura verum alterum exercitatio, alterum pressè & leniter loquentium imitatio augebit.

7. Quos rem declaras exemplis?

Tribus: 1. Catulorum Patris & filii. 2. Lucii Crassi. 3. Julii Cæsaris.

8. Quid de Catulis dicis?

Catuli cum exquisito iudicio lingua latina optimè sunt usi. Sonus fuit dulcis, litera neq; expressa neq; appressa ne aut obscurum esset aut putidum. Sine contentione vox, nec languens nec caeva.

9. Quid de Lucio Crasso iudicas?

Uberior fuit ejus Oratio nec minus faceta, quàm Catulorum de quibus tamen bene loquendi opinio non minor.

10. Quid de Julio Cæsare refers?

Ser-

Sermo ejus sale & facetiis erat con-
ditus.

ii. Quis hos tres sermonis elegan-
tiam superavit?

Catuli patris frater vicit omnes ut
in ipso illo forensi genere dicendi con-
tentiones aliorum, sermone vinceret.

12. Quid de supra dictis tandem
mones?

Quod in omnibus his sit elaboran-
dum si in omni re quod deceat exqui-
rere volumus.

CAPUT XV.

DE VIRTUTIBUS ET VI- TIIS SERMONIS.

i. De conditionibus pronunciatio-
nis dixisti, jam virtutes sermonis
subindica.

Sermo sit (1) lenis (2) minime per-
tinax (3) insit in eo lepos. (4) nec verò
tanquam in possessionem suam vene-

E₃

rit,

rit, excludat alios, sed cum reli-
quis in rebus, tum in sermone com-
muni, vicissitudinem non iniquam
putet. (5.) videat imprimis quibus
de rebus loquatur: si de seriis, severi-
tatem adhibeat: si de jocosis, leporem.
(6.) provideat ne sermo vitium ali-
quod indicet inesse in moribus.

2. Quando solet hoc evenire?

Cum studiosè de absentibus, detra-
hendicausa, aut per ridiculum, aut
severè aut maledicè contumeliosèq;
dicitur.

3. De quibus igitur rebus sermones
sunt habendi?

Aut de domesticis negotiis, aut de
Repub. aut de Artium studiis & do-
ctrinâ.

4. Quid autem in his observandū?

Danda opera est, ut si etiam aber-
rare ad alia cœperit adhuc revocetur

ora-

oratio. Ubi animadvertendum est (1)
quatenus sermo delectationem habe-
at. Et (2) ut incipiendi ratio fuerit,
ita sit desinendi modus.

5. Sermones Virtutis audivimus,
jam vitia ejusdem recense,

In omni vita perturbationes, id est
motus animi nimios rationi non ob-
temperantes fugiamus.

6. Quibus ergo motibus animus
debet vacare?

Iis, ex quibus aut (1) ira existit, aut (2)
cupiditas aliqua, aut (3) pigritia, aut
(4) ignavia, aut tale aliquid apparet.

7. Quid igitur in evitandis his vi-
tiis curandum est?

Curandum est maxime ut eos, qui-
bus cum sermonem conferimus, & ve-
reri & diligere videamur.

8. Quid autem faciendum, si objurga-
tiones quaedam incidunt necessariae?

In iis utendum est fortasse & vo-

sis contentione seu elevatione maiore,
& verborum gravitate acriore.

9. Quid hic cavendum?

Ne ea facere videamur irati, sed
ut adurendum, & secandum, sic ad
hoc genus castigandi, raro invitique
veniamus, nec unquam, nisi necessa-
rio, si nulla reperietur alia medicina.

10. Quid hic abesse debet?

Ira: Cum illa enim nihil rectè nihil
consideratè fieri potest.

11. Licetne ergò castigatione uti?

Magna ex parte licet, sed clementi,
gravitate tamen adjuncta, ut & (1)
severitas adhibeatur, & (2) contu-
melia repellatur, & (3) objurgandi
acerbitatem ipsius causa qui objurga-
tur, susceptam esse, significetur.

12. Quid in contentionibus, quæ
inimicissimis fiunt, rectum putas?

Si in iis, etiamsi nobis indigna au-
dia-

diamus tamen gravitate retentam iracundiam repellamus. Quæ enim cum aliqua perturbatione fiunt, ea nec constanter fieri, nec iis qui adsunt probari possunt.

13. Licetne quenquam de seipso prædicare?

De seipso prædicare, falsa præsertim, & cum irrisione audientium, militem gloriosum seu thraionem Terentianum imitari, deforme est.

CAPUT XVI.

DE MEDIOCRITATE IN ÆDIFICIIS ADHIBENDA.

1. Qualis hominis honorati & principis debet esse domus?

Domus finis est usus ad quem edificandi descriptio est accommodanda & tamen dignitas commoditatisque diligentia adhibenda.

Es

2. Ha-

2. Habesne exemplum, ubi dignitas & commoditas domus est adhibita?

Habeo: Cajo Octavio (qui primus ex illa familia consul factus est) honorifuit, quod praeclearam edificasset in Palatio, & plenam dignitatis domum, quae cum vulgò viseretur, suffragata Domino, novo homini, ad consulatum putabatur.

3° Cur Octavius appellatus est novus homo?

Quia fuit per se ex virtute sine ulla commendatione majorum cognitus & in suam domum consulatum primus intulit. In quam Scaurus multiplicatam postea non repulsam tantum sed ignominiam etiam & calamitatem retulit.

4. Quomodo quis dignitatem in domo suâ servabit?

Digni-

*Dignitatem domo ornando, non
dignitatem totam ex domo querendo;
Non enim dominus domo, sed domino
domus honestanda est.*

5. In domo cujusdam magnatis cu-
jus rei cura maxime est habenda?

*In domo clari hominis, in quam
et hospites multi recipiendi sunt, et
admittenda hominum cuiusque generis
multitudo, adhibenda est cura la-
xitatis.*

6. Unde sumis rationem?

*Ab indecoro: Ampla enim domus
domino saepe fit de decori, si est in ea (1)
solitudo, et (2) maxime si aliquando
alio domino frequentari est solita,
tum (3) odiosum est cum a prae-
tereuntibus dicitur: O antiqua domus, heu
quam dispari dominaris domino.*

7. Quid in aedificatione caven-
dum?

Ca-

Cavendum, ne extra modum, sum-
ptu & magnificentia quis in adifican-
do prodeat, quo in genere multum
mali in exemplo est. Studiose enim ple-
riq; (praesertim in hac partem) fa-
cta principum imitantur.

8. Unde hoc probas?

Id probo exemplo eorum, qui L.
Luculli summi viri non virtutem, sed
villarum magnificentiam studiosè
sunt imitati.

9. Quomodo hunc locum con-
cludis?

Admonitione: Quod certus adifi-
ciorum magnificentia adhibendus sit
modus, ad mediocritatemq; revocan-
dus, eademq; mediocritas ad omnem
usum cultumq; vitæ referenda est.

10. In omni actione quot sunt te-
nenda?

Triapotissimum.

11. Da primum.

Ap

*Appetitus rationi pareat, quod ni-
hil est ad officia conferenda accom-
modatius. Consilio enim non cupidita-
te caeca, negotia suscipiantur & per-
gantur.*

12. Da secundum?

*Animadvertatur, quanta illa res
sit, quam efficere velimus, neve ma-
jor neve minor cura & opera suscipia-
tur, quam causa postulet, nec quic-
quam tentemus, cui ferendo minus si-
mus idonei, aut quod negligentia no-
stra corrumpi turpe sit.*

13. Da tertium?

*Caveamus, ut ea quae ad liberalita-
tem pertinent, specie & dignitate (ad
recta rationis normam) moderati
fuerimus. Modus enim est optimus,
de quo ipsum tenere nec progredi longi-
g.*

**14. Quidnam horum trium est o-
ptimum?**

Opti-

Ap-



Optimum est appetitum recte rationi obtemperare, cum hæc illius sit domina.

CAPUT XVII.
DE ORDINE RERUM ET
OPPORTUNITATE TEM-
PORUM,

I. Quid in ordine rerum est obser-
vandum?

Id quod Græci εὐταξία ἢ εὐκαίρεια
nominant: Latini verò ordinem, lo-
cum, tempus, seu occasionem appellant.

2. Quid autem est εὐταξία?

Est, in qua ordinis conservatio in-
telligitur. Est q̄ Stoicis compositio re-
rum aptis ἢ accommodatis locis. Lo-
cus autem actionis, oportunitas est
temporis.

3. Quid est εὐκαίρεια?

Est iisdem Stoicis opportunum a-
ctionis tempus, latinè appellatur oc-
casio.

4. Quo-

4. Quomodo tu eandem definis?

Quod sit scientia opportunitatis idoneorum ad agendum temporum.

5. Qualis est ordo actionum adhibendus?

In vite actionibus ut in oratione constanti omnia sint apta & inter se convenientia.

6. Unde hoc probas?

A contrario: quia in re severa convivio dignum aut delicatum inferre sermonem turpe valdeque vitiosum est.

7. Unde hoc illustras?

Exemplo Periclis & Sophoclis collegarum in pratura. Hi cum de communi officio convenissent & casu formosus puer prateriret, dixissetque Sophocles, O puerum pulchrum Pericle: Benè Pericles illum taxavit, dicens: Pratorem Sophocles non modo manū, sed etiam oculos abstinentes habere decet.

8. Cur

8. Cur Pericles Sophoclem hanc
in re reprehendit?

*Quia temporis & loci rationem
non habuit: si enim in Athletarum
approbatione hac dixisset, justâ re-
prehensione caruisset.*

9. Quanta igitur vis est loci tem-
poris?

*Tanta, ut si quis, cum causam sit
acturus, in itinere, aut in ambulatio-
ne secum ipse meditetur, aut si quid a-
liud attentius cogitet non reprehen-
datur. At hoc idem si in convivio fa-
ciat, inhumanus videatur, inscitia
temporis.*

10. Quid itaq; observandum?

*Vivendum est in vita, ne quid di-
screpat: Acras enim vitiorum censo-
res magna ex parvis sæpè intelligunt.*

11. Quid ex gestibus membrorum
corporis judicari solet?

Ex

Ex oculorum obtutu superciliarum
aut remissione aut contractione &c.
Quid eorum aptè fiat, quid ab officio
naturæq; discrepet, facile judicatur.

12. Quid hic faciendum est?

Non est incommodum, quale quodq;
eorum sit, ex aliis judicare, ut si quid
dedecet illos & ipsi idem vitent. Ma-
gis enim (qui fiat nescio) in aliis quàm
in nobismet ipsis cernimus, si quid de-
linquitur.

13. Quid in eligendis dubiis facien-
dum est?

Non alienum est ad ea eligenda,
quæ dubitationem afferunt, adhibere
doctos homines, vel etiam usu peri-
tos, & quid his de unoquoq; officii ge-
nere placeat, exquirere.

14. Da rationem.

Quia major pars eo ferè deferrè
solet, quo à naturâ ipsâ deducitur.

15. Quid in his videndum est?

Viden-

Videndum non tantum quid quisque loquatur, sed etiam quid quisque sentiat, atque etiam quam de causa quisque sentiat. Aliorum enim iudicio nobis permulta facienda & non facienda, & mutanda & corrigenda sunt. Quae vero more & civilibus institutis aguntur, de his nihil est precipiendum, cum sint ipsa Praecepta,

16. Quid de Cynicis, nihil viciosum putantibus, sentis?

Eorum ratio tota est rejicienda, cum sit verecundiae inimica, sine qua nihil rectum esse potest, nihil honestum.

17. Qui fuerunt Cynici?

Fuerunt Philosophi Antisthenis sectatores, sic dicti à caninà mordacitate, qua in hominum vitas nullò discrimine invehebantur, vel quod canum more in proapatulò coire nō dubitarent.

18. Quos igitur observandos & colendos putas? Eos

Eos, quorum 1. Vita perspecta in rebus honestis atq; magnis est. 2. Benè de Republica sentientes. 3. Benè meritos aut merentes. 4. Aliquò honore & imperio affectos observare & colere. 5. Tribuere etiam multum senectuti. 6. Cedere his, qui Magistrum habebunt. 7. Habere delectum civis & peregrini. 8. In ipso quoq; peregrino privatim nè an publicè venerit. Et 9. communem totius generis hominum conciliationem & consociationem colere, tueri, servare debemus.

CAPUT XVIII.

DE ARTIFICIIS ET QUÆSTIBUS.

1. Suntne Artes & Quæstus ejusdem æstimationis?

Non sunt, sed partim improbantur, partim probantur, quiq; improbantur quatuor sunt genera.

2. Primum genus quorum est?

Pri-

Primum genus est portitorum & foeneratorum. Illi enim (iniquis suis postulatis in hominum odia incurrunt.

3. Secundum genus quorum est?

Est omnium mercenariorum: illorum enim questus illiberales, & sordidi habentur ut quorum opera, non quorum artes emuntur. Est enim in his ipsa merces auctoramentum (obligatio) servitutis.

4. Tertium genus quorum est?

Est eorum, qui à mercatoribus mercantur, quod statim vendant. Unde etiam sordidi habentur, nihil proficientes, nisi admodum metiantur, quæ vanitate nihil est turpius.

5. Quartum genus quorum est?

Est opificum, qui omnes in sordidâ arte versantur, cum nihil ingenuum officina habere possit tum etiam artes eæ minimè sunt probanda, quæ voluptatum sunt administra. Vide textum.

6. Quæ

6. Quæ autem artes probantur?

Probantur ea quibus aut major inest, aut non mediocris utilitas queritur. Hæc enim sunt his, quorum ordini conveniunt honesta. Ejusmodi sunt: Medicina, Architectura, & rerum honestarum Doctrina.

7. Quo mercaturam rediis?

Mercatura, si tenuis est, sordida putanda est: si magna & copiosa, multa undiq; apportans, multisq; sine vanitate impertiens, non est admodum vituperanda.

Atq; etiam si satiata questu, vel contenta potius, ex alto in portum, ex portu in agros possessionesq; suas se contulerit, videtur jure optimo posse laudari.

8. Quid tandem omnibus rebus acquirendis palmam præripit?

Agricultura. Illa enim omnium rerum, ex quibus aliquid acquiritur, nihil est melius nihil uberius, nihil dulcius, nihil homine libero dignius. Vide Catonem Majorem.

CAPUT XIX. & ULTIMUM.

Ecquid honestatis species in diligendo officio interesse possunt comparari?

Imo possunt & debent comparari.

Quo-

Quomodo Comparantur Justitia & Prudentia?

Justitia Prudentia perfertur; quia Prudentiam expetimus propter justitiam, ut videlicet, eà in societate communi utamur, tum etiam aptiora natura ea sunt officia, quae ex communitate, quam ea, quae ex cognitione ducuntur.

Estne etiam Justitia Sapientiae praeferenda?

Est sane: Sapiens enim solitudinem fugit, cui si ea contingerit vita, ut omnium rerum copiis ditetur, quamvis omnia, quae cognitione digna sunt, summo ocio secum ipse consideret & contempletur: tamen si solitudo tanta sit, ut hominem videre non possit, excedat è vita.

Unde hoc probas?

A collatione Sapientiae & Prudentiae: quarum illa est maxima & omnium Virtutum Princeps, & rerum divinorum, humanarumque scientia, in qua Deorum & hominum communitas & societas inter ipsos continetur. At haec est rerum expetendarum fugiendarumque scientia. Ergo quod à communitate ducitur officium, id maximum est.

Unde idem porro probas?

A Proprio Cognitionis, quae inserbit actioni. Ergo haec illi anteponenda est, ut quae manca quodammodo atque inchoata est, si actio nulla rerum consequatur.

Unde idem ulterius probas?

A Testimonio Optimi cujusque contemplationem actioni postponentis: siquidem ejus actio in hominum commodis tuendis maxime cernitur.

Unde haec illustras?

Exem-

Exemplis Philosophorum, qui in agendo duplici effectu fuerunt versati, vel enim iuventutem eruderunt, ut Lysis & Plato; vel de Legibus, Moribus, Republicâ scripserunt, atq; ita homines à cognitione ad justitiam deduxerunt.

Unde hæc porrò illustras?

Similitudine apum, quarum examina non fingendorum favorum causa congregantur, sed cum congregabilia natura sint fingunt favos. Quo indicatur homines naturâ amare societatem, in qua tuenda versatur justitia.

Quos hic confutandas putas?

Eos, qui dicunt propter necessitatem vitæ, quòd ea, quæ natura desideraret, consequi sine aliis atq; efficere non possemus, in vitam esse cum hominibus communitatem & societatem.

Quomodo Comparationem justitiæ cum Prudentiâ & Sapientiâ concludis?

Omne officium, quod ad conjunctionem hominum & ad societatem tuendam valet, anteponendum esse illi officio, quod cognitione & scientiâ continetur.

Quomodo confertur Justitia cum Fortitudine?

Justitia fortitudini etiam præferenda est, eò quod remotâ illâ fortitudo feritas quedam sit & immanitas.

Quomodo comparatur Justitia cum Temperantiâ?

Tem-

*Temperantia Justitia est anteferenda, cum id
injustum sit, quod contra verecundiam commit-
bitur..*

*Quodnam tandem est effectum in officiis
deligendis?*

*Quod scilicet genus hoc officiorum excellat, quod
hominum societate teneatur.*

Unde hoc probas?

*A Consequenti: Cognitionem enim rei pruden-
tiamque sequitur considerata actio.*

Quid inde inferas?

*Illud, quod considerate agere pluris sit, quam
cogitare prudenter. Atque, hoc loco ita patefacto
non erit difficile in exquirendo officio, quid
cuique sit praeponendum si-
dere.*

F I N I S.



*PRÆCEPTA ISOCRATIS,
ORATORIS GRÆCI, ETHICA AD
DEMONICUM, SINGULA DISTI-
CHO INCLUSA.*

1. Præc. πρῶτον μὲν.

Pltra mente DEUM cole: quod prestare valebis,
Si Sacra perficies, Pactaq; jure coles.

2. Præc. τίμα.

DEbenerare sacrum Numen cum sacra fobentur:
Sic seruire potes legibus, atq; DEO.

3. Præc. τοῖστ'.

TE talem præbeo tuis Genitoribus, in Te
Progeniem qualem discupis esse tuam.

4. Præc. ἀσκή:

Isthaec exerce, faciunt quæ ritè valere:
Sic poterit vires mox rebocare labor.

5. Præc. Μῆτε γελ:

NE nimium ride, nec verba Thrasonica funde:
Illud ut est stultum, sic erit Hoc fatuum.

6. Præc. ἂ ποιῆν:

Turpia quæ factu, dictu ne crede decora,
Talia si forsan voce referre voles.

7. Præc. ἔθ' ε

NE torvus vultu sis, sed sis fronte severus:
Illò morosus, probidus Hoc fueris.

F

8. Præc.

8. Præc. ἡγῶ.

Sis mundus, justus, pudibundus, sisq; modestus:
Commendant juvenem talia quippe bonum.

9. Præc. μηδὲ ποτὸ.

Turpia qua patras, ne speres clam fore: quæq; a
Quippe latent alios, Ti tamen ista patent.

10. Præc. τὸν μὲν θεόν.

Corde timeto DEUM: Generator corde parētes:
Devinctos metuas; Legibus obsequitor.

11. Præc. τὰς ἡδονὰς.

Vare voluptatem, comes est cui gloria: quippe
Optima res hæc est, pessima turpis erit.

12. Præc. εὐλαβῶ:

Crimine ne maculēre, licet mendacia subsint:
De fama vulgus judicat omne nefas.

13. Præc. ἀπαντα.

Omnia apertius agas: nam quæ celaberis, illa
Ad tempus latitant, postea nota patent.

14. Præc. μαλίστα:

Gloria te cinget, si non patraveris illa,
Quæis alios sese commaculare refers.

15. Præc. ἐὰν ἦς:

Discendi cupidus si his, disces quoq; multa:
Ardor discendi fertilis Artis erit.

16. Præc. Ἄ μὲν:

Cognita fac recolas, incognita discito. Nolle
Discere tam turpe est, quam bona despicere.

17. Præc.

17. Præc. κατὴν ἀλίσκε.

Ocia cum superant, audi cum laude docentes:
Sic facile discas parva labore gravi.

18. Præc. ἡγῆτων.

Multum scire opibus præstat: Sapientia durat:
Quæ semel ablatâ nil manet ἀθάνατον.

19. Præc. μὴ κατόικυ:

Qvarito Doctores: si vasta per æthora lucrum
Quæritur, ingenii cura petenda magis.

20. Præc. τῷ μὲν τρέπω.

Sis comis, tum sis affabilis; obdus ut sic
Quisq; saluetur percipiatq; λόγῳ.

21. Præc. ἠδέως μὲν:

Sis comis cunctis, ast intimus esto bonorum:
Sic utriusq; bonus semper amicus eris.

22. Præc. τὰς ἐντέυξ:

Ne dicas uni repetendo crebrius unum:
Natura hinc etenim tædia fada capit.

23. Præc. γύμναζε:

Exerceto tuâ te sponte labore; labores
Ut perferre q̄deas, q̄dando necesse foret.

24. Præc. τῷ ὦν:

Gloria sit lucro tolerabilis ira, libido
Serbiat, ac hominem te notet esse dolor.

25. Præc. μάλλον:

Depositum fidei nummis præfero: Bonus plus,
Quam jurans, fidei q̄do mereatur, agit.

F 2

26. Præc.

26. Præc. *περὶ τῶν* :

UT non fidendum reprobis : sic federe contra
Parvultum Temet credito posse probis.

27. Præc. *περὶ τῶν* :

NE die arcanum, nisi quod minus expedit illi
Cui dicis, tibi quam, cuius ab ore fluit.

28. Præc. *ὄρκιον* :

NE jures, nisi te quodam de crimine purges,
Aut nisi amicorum forte pericula leves.

29. Præc. *ἡνδρα* :

Non tibi Amicus erit, nisi scis, sit qualis Amicis.
Qualis iis fuerit, talis eritq; tibi.

30. Præc. *βραδέως* :

Tardus Amicus eris, factusq; manebis : Amicos
Mutare est æquè, quam nec habere, malum.

31. Præc. *ἡντε* :

TE similes Irum, quamvis sis Cræsus, inepta
Et refer, exploras cum socii ingenium.

32. Præc. *δοκιμαζε* :

Rebus in adversis sit notus Amicus, ut aurum
Flamma probat ; sic crux, quæ sit Amicus, ait.

33. Præc. *ἔτω* :

Utrò suffer opem, si postulat usus, Amico :
Expectes nec, dum te roget auxilium.

34. Præc. *ἑμοίως* :

Tam turpe est vinci beneficiis dulci ab amico,
Quam turpe est, si te vicerit hostis atrox.

35. Præc.

35. Præc. ἀποδέχῃ :

Qui dolet adversis, nec libidus invidet amplam
Alterius sortem, fidus Amicus erit.

36. Præc. τῶν ἀπόντων :

Sis memor absentum, presentes ut sibi de te
Si sunt absentes, polliceantur idem.

37. Præc. εἶναι βέλῃ :

Absit ab ornatu luxus nimius : quia monstrat
Magnificum ornatus, luxus egenus obest.

38. Præc. ἀγάπῃ :

Non in copia opum fructus, sed fructus in usis
Est positus : sanè quibuscumque moderatus erit.

39. Præc. κατὰ φρόνησιν :

Spernito divitias quærentes, quos latet usus
Sunt, ut equos quibus habet, non equitare valens.

40. Præc. περὶ ὧν :

Sic tibi opes quæras, ut subsit fructus et usus
Nec sis mancipium, sed domineris eis.

41. Præc. τίμα :

Divitias cole, quod multam possis dare, egenoque
In reliqua vitâ dilige eas modicè.

42. Præc. εἶργε μὲν :

Esto contentus presenti conditione,
Sed tamen acquiras uberiora tibi.

43. Præc. μηδενὶ :

Non ulli sortem probrosè objeceris agram :
Sors communis ; ut et nemo futura videt.

44. Præc. τὸς ἀγαθῶς:

Fac bene sponte bonis; prestans thesaurus habetur
prestata prestanti gratia quippe viro.

45. Præc. κακῶς ἐὺ.

Fit bene quando malo, canis est peregrinus, Et ore
Te turpi allatrat post bene facta statim.

46. Præc. μίση τὸς:

Sint odio Assentatores velut Impostores:
Credentes ledunt crediti utriusq; dolis.

47. Præc. ἕαν δῖπῶ:

Si tibi Amicus erit, quibus pessima grata parabit;
Nemo odium capiet ob bona facta tuum.

48. Præc. γινῶς τοῦς:

Si quis adit, sis comis ei, nec voce superbus:
Nam cunctis comis pectore Et ore placet.

49. Præc. μάλιτα:

Ab sis à poclis; si forte teneris adesse;
Surge prius, quam te pregrabet Ebrietas.

50. Præc. Ἀθύνατα:

Fac, sis Magnanimus velut immortalis: uti sed
Mortalis, modicè perfruitorq; bonis.

51. Præc. ἡγῶς τὴν:

Est ruditate bonum melius doctrina salubris:
Dat doctrina lucrum, damna dat et ruditas.

52. Præc. ἔς αὐ:

Cujus Amicitiam quæris, laudabis eundem;
Laus dat Amicitiam, scomma Inimicitiam.

53. Præc.

53. Præc. βουλευόμεν:

Consultans de præteritis metire futura:
Obscurum facile per manifesta patet.

54. Præc. βλεύε:

Tardè consulta tecum, sed perfice tandem
Conatu celeri præmeditata tibi.

55. Præc. ἡγῶμεθα:

Esse bonam à Jovæ sortem res optima sanè est,
A nobis ipsis consiliūq; bonum.

56. Præc. περὶ ὧν:

Consule amicorum de occultis sensa, aliena
Res quasi sic; Te nec proditò aperta patent.

57. Præc. ἴαν δε:

Consule, quem nosti proprias curare probè res:
Propria non curans consulat anne Tati.

58. Præc. ἴτω δε:

Damnorum intuitu, qua fert temerarius ausus,
Ad consultandum semper acutus eris.

59. Præc. μιμῶ:

Mores & studium Regum sectare; probabit
Sic illos, vulgus te quaq; laude behet.

60. Præc. πεῖθῶ:

Legibus obseqvitor Regum; sed & ipsa voluntas
Moresq; illorum Lex tibi firma sient.

61. Præc. ἄκ τῶν:

Imperiò fungens, reprobò non utere serbo:
Ad te, quod peccat, quisq; subinde refert.

F 4

62. Præc.



62. Præc. ἐν τῶν.

L Audibus, haud opibus dives deponito manus:
Laus opibus praestat plebis in ore rudis.

63. Præc. Μη δει:

N E sis Adjutor vel Patronus malefacti:
Adscribent alias quippe patrata Tibi.

64. Præc. παρᾶσιν:

P Lus aliis possis, sed bibe aequaliter illis:
Justitia aequalis sic studiosus eris.

65. Præc. μάλλον:

S Is justus pauper potius, quam dives iniquus:
Dives obit, justus nescit obire decus.

66. Præc. Μη δένα:

N On imiteris eos, quos lucra injusta jubabunt,
Sed quibus justitia damna parabit amor.

67. Præc. πάντων:

C Ures, quae vitæ spectant, magis at cole mentem:
In minimare, res maxima Mens hominis.

68. Præc. περὶ:

C Orpus opus faciat, studeat Mens: perficere Illò
Ut decreta quæas, Hæc bona prospicere.

69. Præc. πᾶν ὅ τι:

Q Va sis dicturus, prius hæc perbolvito mente:
Præcurrat mentem ne vaga lingua tuam.

70. Præc. Νόμιζε:

V Ana humana putes: felix sic latus eris nec,
Infelix tristis nec quocumque corde nimis.

71. Præc.

71. Præc. Δύο ποιῆ:

Dic de sat notis; aut quæ dixisse necesse est:
Quippe silere aliàs quàm loqui erit melius.

72. Præc. χαίρει:

Ob bona gaudeto, mala fer patienter, utrumque
Disimula: nam mens omnibus haut pateat.

73. Præc. μάλλον:

Fac caveas culpam magis, quàm discrimina: finis
Sit timidus reprobis, vita probrosa probis.

74. Præc. μάλιτα:

In tutò vivas, vel honestè evadito bello:
Fata mori statuunt: mors at honesta fiet.

PRÆCEPTA EJUSDEM AD
NICOCLEM, SALAMINIS IN CYPRO
REGEM, POLITICA, SINGULA
DISTICHO LATINO COM-
PREHENSÆ.

1. Præc. Ἀρχεῖται μὲν.

Laudem ex officio si quæris, sedulus esto
Prudensque ingenium nobis dieque colas.

2. Præc. πρὸς δὲ.

Urbis amans Hominumque sis, quæ regna gubernas.
Nemo cani vel equo, ni colat hosce, præest.

F 5

3. Præc.

3. Præc. μελέτω:

Sit tibi plebs cura, te Rege ut gaudeat: hocce
Firminus est regnum, quò magis plebs colitur.

4. Præc. Καλῶς δε:

Lædere nec lædi populum sine, honore Bonosq;
Vesci: Hæc sunt publica-prima Elementa-Rei.

5. Præc. τὴν ἀρετὴν ἀγαπάτω:

Tolle malas leges, & iustas erige; vel quas
Constituere alii Iusti, imitare probe.

6. Præc. Ζήτη νόμους:

Utilis, & secum lex consentanea, & æqua
Sit, citius dirimens iurgia, quam pariens.

7. Præc. τὰς μὲν:

Libera parit tibi labor, at lis damna; proinde
Hunc petat, hanc fugiat qua ratione queat.

8. Præc. τὰς κρείσσεις:

Judicio desit favor & variatio: Lex Rex
Mutari nullâ se ratione sinant.

9. Præc. διοίκε:

Urbis tua sit splendens, reditus modiciq;
Tum collaudari, tum quid habere diu.

10. Præc. τὴν μεγαλοπρέπειαν.

Magnificum miseris te præbe: grata manebunt
Hæc tibi, multa ferent cōmoda porro Bonis.

11. Præc. πῶς περ:

Sacros Majorum ritus tene; at optimus ipse
Sis: bonæ sic tibi Diū cuncta petita dabunt.

12. Præc.

12. Præc. τιμὰ:

Conjunctis sit primus Honos; verisimus autem
Detur honos, fido qui tibi corde favent.

13. Præc. Φιλανθῶν.

Fautorum virtus, Civis favor, & tua cura
Provida conservant Imperium, atq; parant.

14. Præc. κήδρ τῶν.

Res Privatorum Rex curet providus: ejus
Sunt bona in urbe suos qui benè quippe regit.

15. Præc. Δία παντός.

Sic recolas Verum, fidei plus ut tua dicta,
Quam vel jurantis, firmiter obtineant.

16. Præc. ἀπασι.

Hospiti in Urbe locus sit, sit contractus & equus,
Nec capito, sed da: sic tibi surget honos.

17. Præc. τῶς φόβος.

Terrori ne sis tibi, innocuis quoq; parcas:
Nam multos, multi quem metuunt, metuant.

18. Præc. ποίψ.

Quod jubet ira nihil, facias bene cautus at iram,
Si quandoq; jubent tempora, dissimula.

19. Præc. Δεινός.

Perquiras quid civis agat satis acriter: at si
Supplicio plectas quem, moderatus eris.

20. Præc. Αεχιδός.

Respectum retine non pœnis, sed sapienti
Corde: ita se melius te sibi velle vident.

21. Præc.

21. Præc. πολεμικός.

Bellator sis bella sciens; sis pacis amator,
Nec cupias contra jus quod habere Tibi.

22. Præc. ἰσως.

Urbibus infirmis talis sis, ipse potentes
Viribus et quales Tu cupis esse Tibi.

23. Præc. φιλοεινδ.

Praebat haut litem Res quævis, aut ea tantum,
Quæ Tibi Vincenti commoda ferre queat.

24. Præc. Φαύλος.

Qui sunt utiliter victi non temnito, sed qui
Cum damno vincunt temnito jure gravi.

25. Præc. Μεγαλόφρονος.

Magnanimos reputes, mediocria quos delectant,
Nec majora suis viribus incipiunt.

26. Præc. ζήλος.

Æmulus es recte regnantibus, ac moderata
Affecta, et quævis parte beatus eris.

27. Præc. φίλος.

Quos natura feret tua, tu tibi selige Amicos:
Sic per eos Urbem jure decente reges.

28. Præc. ἀπειθῶς.

Quis cum verberis bene respice: Te quibus qui non
Norunt, his similem mox reputare solent.

29. Præc. τοιῶντος.

Profecti rerum, quibus tu non perficis ipse
Sint tales, horum ut sint quasi facta tua.

30. Præc.

30. Præc. π 585.

Sint fidi, non q̄bi tua dictaq; factaq; laudent,
Verum q̄bi carpant crimina vitæ tua.

31. Præc. Διδ8.

Fac, in dicendo prudens sit liber, ut ille,
Si dubitas, tecum rem reputare q̄beat.

32. Præc. Διόργ.

Asentatores discernas, Teq; colentes
Pectore, ne præstent conditione Bonis.

33. Præc. Άη8ε.

Qui dicunt, & de q̄beis dicunt, noscito, & audi
Sic de justitia non dubitare potes.

34. Præc. ται8 αυ]αι8.

Supplicio Obtrectator erit mulctandus eodem,
Quo vel delinq̄bens afficiendus erat.

35. Præc. Άεχ8ε.

TE rege non minus ac Cives, regaleq; cense:
Sic magis affectus, quam vel eos cohibes.

36. Præc. Μηδευιαν.

Non temerè, verum gaude Congressibus istis,
Unde eris & sapiens, laudibus auctus item.

37. Præc. Μη Φαι8.

NE placeas ob facta tibi, patrat improbus & q̄be:
Sit virtus laudi, q̄be fugit usq; malos.

38. Præc. Νόμιζε.

Fert meto haut verum decus, at Prudentia, si plus
Quàm tua fors, cives vincit amore tuos.

39. Præc.

39. Præc. Δάμνατε.

G Audia celabis, quæ res tibi vilior adfert;
Illa sed ostendes, res ubi magna subest.

40. Præc. Μὴ τὰς.

N On licet, ut libet: at moderatis moribus esto:
Exemplum Regis plebs imitatur iners.

41. Præc. Σημείον.

H Oc regni signum esto boni, si nempe modestus
Subditus & dives, te duce, factus eris.

42. Præc. περὶ πλείονος.

F Ama opibus potior notis linquatur honesta:
Fama immortalis, sed moriuntur opes.

43. Præc. τρυφά.

S Plendida sit vestis: tolerans tamen esto laborum
Dignus ut imperio robore prævaleas.

44. Præc. Ἐπιπόπη.

F Acta tua observes, quæ sint & dicta subinde,
Ne fias turpis criminis inde reus.

45. Præc. ἡρότιςον.

R Es gravis est medium tenuisse: libentius ergo
Perfecisse minus, quàm nimium studeas.

46. Præc. Ἀσει.

S Is gravis urbanusq;: Hoc imperat, Illud adornat
Congressus: placeat utraq; forma tibi.

47. Præc. Ὅτι αὖ.

D Octrina ac usus, quæ sint regni, docet: offerre
Illa viam, Hicce probè cuncta docet fieri.

48. Præc.

48. Præc. Θεώρει.

Quid Dux, quid Privatus agat circūspice: nam de
Præteritis potis es nosse futura probè.

49. Præc. Δεινόν.

Privatus non morte putat decus: at letetur
Rex rebus, vibo quæ deus attulerint.

50. Præc. Βύλας.

Restet imago magis clara Virtutis in orbe,
Corporis exsuccæ quàm monumenta tui.

51. Præc. Μάλιστα.

Fac, tutus vibas; si non potes, emori honeste.
Est melius, quam cum vivere dedecore.

52. Præc. ἐν ἀπίσι.

Omnibus in factis Regni memor esse studeto,
Indignum facias nequid Honore tuo.

53. Præc. μὴ περήδης.

Mortale est Corpus; Fama immortalis: ut ipsa
Sit, cures mentis dexteritate tua.

54. Præc. Μελέτα.

De gravibus semper mediteris dicere rebus,
Ut sentire tuis vocibus æqua queas.

55. Præc. ἅ δὲ ἄν.

Quæ meditata tibi sunt optima, protinus ipsa
Re facito: nomen sic sapientis habes.

56. Præc. ὧν τὰς.

Quorum splendorem miraris pectore toto,
Horum res gestas ipse imitator obans.

57. Præc.

57. Præc. Ἀ τοῖς παισὶ.

Qua præcepta tuis Natis servanda putabis,
Tu servare eadem mente lubente velis.

58. Præc. ἔγω τοῖς.

Præceptis, quæ sunt præscripta, aut utere nostris,
Inquiras illis aut meliora Tibi.

59. Præc. Σοφὸς.

Esto tibi Sapiens, non cui de quævisq; minutis
Sunt rixæ, at bene quæ dicere magna potest.

60. Præc. Μὴδὲ τῆς.

Nec tibi sit Sapiens, quæ aliis felicia dicens
Ipse eget, at modice res quæ agit atq; bene.

61. Præc. ἠγὼ μὴ.

Est Sapiens, non quæm vitæ mutatio turbat,
Sed quæ ritè Bonum ferre scit, atq; Malum



Ad be-

Ad benevolum Lectorem.

Vides, benevole Lector, quanta
erratorum seges ex parvo hoc
libello notata prodierit, quæ
in peregrinâ Typographiâ inepti
minusq; curiosi Correctoris culpa
in eum præter meam absentis vo-
luntatem irreperunt. Tu quæso
crassiora à me observata uti ad cal-
cem libelli sunt posita, & leviora,
(ubi vel conjunctiones vel com-
mata sunt omissa vel transposita)
quæ præter hæc invenies, pro tuo
arbitrio haut gravatim corrige.

ERRATA

Cap. I. quæstione 6. pro cernetur lege
cerneretur.

C. III. q. 9. p. adduci l. abduci.

C. IV. q. 12. p. autem l. à.

q. 13. p. scilicet l. seu.

q. 14. p. simplices l. simplicis.

q. 19. p. licet l. lucet.

q. 22. p. inveniendi l. inveniendis

q. 25. p. autem l. enim.

C. V.

bis,
belis.

nostris,

minutis
potest.

icens
bend.

bat,
alum

be-

C. V. q. 1. p. suscipiunt l. suscipiuntur.

q. 5. p. Regulas l. Regulus.

C. VI. q. 2. p. quod l. quid.

q. 13. p. obtestatione l. ostentatione.

q. 17. p. cura l. cum.

p. plereq; l. pleneq;

q. 23. p. cui l. cuiq;

q. 24. p. modo l. motu.

q. 26. p. bis l. his.

q. 29. post qui adde in.

q. 30. p. quanti l. danti.

q. 40. p. ea l. eadem.

p. æquo l. æq; & adde quisq;

q. 46. p. patria l. patriam.

q. 47. ad sumus adde obligati.

q. 48. p. debere l. deberi.

q. 50. p. cupiendam l. capiendam.

C. VII. q. 10. p. cœcat l. vacat.

q. 11. p. vocare l. vacare.

q. 14. p. ne l. nec.

p. maximus l. maximas.

q. 16. p. cupidus l. cupido.

q. 26. p. ne l. nec.

C. VIII. q. 1. p. est l. estnè.

q. 2. p. nullæ l. multæ.

q. 3.

- q. 3. p. Argopagitas l. Areopagitas.
post non pone minus.
p. vici l. vicit:
p. Salamin l. Salaminem.
q. 5. p. ex l. &
p. disciplina l. disciplinæ.
q. 6. p. Marcus l. C. Marius.
p. peccatæ l. pacatæ.
q. 13. p. percipere l. præcipere.
C. IX. q. 1. p. consulto l. inconsulte.
q. 2. p. sortes l. fontes.
p. quibus l. qui.
q. 9. p. civum l. civium.
q. 13. p. Martem l. mortem.
q. 15. p. fortes l. fortis.
q. 18. p. est l. &
q. 20. p. ferri l. ferre.
q. 21. p. æqvabilitate l. æqvabilitatî
p. superioris l. superiores.
q. 23. p. præfidentes l. præfidentes.
q. 25. p. ne l. nec.
q. 29. post quædam l. aut.
C. X. q. 3. p. quod deceat l. quid deceat.
q. 9. p. cognitione l. cogitatione.
q. 15. p. Theseus l. Thyestes.

q. 15.

- q. 15. p. librorum l. liberorum.
q. 18. p. a te l. latè.
q. 19. p. quoddam l. quodam.
q. 20. p. cuiq; l. cuiusq;
q. 21. p. officiorum l. officium.
p. habebit l. habet
q. 23. post quid adde fugiendum.
q. 24. p. comparanda l. comparata.
p. careunt l. careant.
q. 25. p. exfulantes l. exsultantes.
q. 28. in quæst. post joco adde uti.
p. nos l. nobis.
q. 30. p. aliquid l. aliquid.
q. 32. p. in l. ne.
q. 35. p. cupiatur l. capiatur.
q. 38. p. meq; l. neq;
q. 40. p. notas l. notus.
q. 45. l. mulieribus.
q. 47. p. præbet l. præbeat.
q. 50. dele hæc.
q. 53. p. omisam l. omisa.
q. 56. post quæ adde in.
q. 57. p. cursus l. cursu.
q. 61. p. ortæ l. vitæ.
q. 62. p. deliberanti l. deliberandi.
q. 65.

q. 65. p. naturæ l. natura.

q. 68. p. faciam l. facienda.

C. XI. q. 4. p. maxime l. minimè.

C. XII. q. 3. post factorum l. inq;

q. 4. p. ille l. illa.

p. relinqvam l. reliqvam.

q. 16. tolle præce.

C. XIII. q. 3. p. confirmites l. confirmas.

p. odifiores l. odiosiores.

q. 7. p. qvo l. qvâ.

q. 8. dele posterius ut.

q. 12. p. cogitationes l. cogitationis.

C. XIV. q. 8. p. appressæ l. oppressæ.

q. 11. p. elegantiam l. elegantia.

q. 12. p. qvod l. qvid.

C. XV. q. 2. p. detrabendi l. detrahendi.

C. XVI. q. 1. p. dignitas l. dignitatis.

q. 6. p. sapè l. sæpè.

q. 9. p. magnificentia l. magnifi-
centiæ.

q. 11. p. qvod l. qvô.

q. 13. lege pertinent.

p. moderati fuerimus l. mode-
rata sint.

C. XVII. q. 9. post loci adde &

q. 10.

ndi.
. 65.



- q. 10. p. discrepat l. discrepet.
 p. Acras l. Acres.
 q. 11. p. dedecat l. dedeceat.
 q. 18. p. Magistrum l. Magistratum
C. XVIII. q. 1. p. genera l. generum.
 q. 4. p. metiantur l. mentiantur.
 q. 7. p. rediis l. redigis.
C. XIX. q. 1. p. inter esse l. inter sese.
 q. 3. p. contingerit l. contigerit.
 q. 5. p. utq; l. ut quæ.
 q. 7. p. Lysis l. Lysias.
 q. 8. p. fingendorū l. fingendorum.
 q. 9. p. confutandas l. confutandos.
 q. 11. p. quot l. quod.

FINIS.



Fl. 468

Faint handwritten text, possibly "Mentzen" or similar, written upside down.


Handwritten initials or signature.


ULB Halle 3
007 378 300



Handwritten initials or mark.







ETHICA CICERONIANA,
Hoc est, 1853
LIBRI PRIMI
OFFIC. CICERONIS
NUCLEUS,
In Quæstiones ita resolutus,
ut, textu passim retento, & tam ge-
neralis quàm specialis Dispositio,
& mens Autoris facillimè per-
cipi possit,
Cum annexis Isocratis Præceptis
Ethicis & Politicis, singulis Disti-
cho inclusis,
*In usum Studiosæ Juventutis & publicum
& privatum.*
Operâ
M. MARTINI BAMBAMII, P. L. C.
& Schol. Sed. Senat. ConR.
Impensis JEREMIE MAMPHRASII,
Bibliopolæ Sedinensis.
ANNO 1652

